Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
10 G
34

2/6
D
17
13.9.I.11

MODVS LEGENDI ABBREVIATVRAS,

PASSIM IN IVRE TAM CIVILI, QVAM PONTIFICIO OCCVRRENTES,

Denuò integritati ſuæ reſtitutus.

Huic acceſſere

Tituli, quæ & Rubricæ vulgò nuncupantur, in vniuerſum Ius Ciuile, ex HALOANDRI *recognitione aſcripti.*

Adiunximus prætereà libellum, qui Flores Legum inſcribitur, cum additionibus, & concordantijs Doctorum.

Omnia priſtino ſplendori reddita.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



VENETIIS,
Apud Andræam Muſchio. 1569.

PRAEFATIO.

ETSI *Imperatoris teſtimonio laudabilior ſit, qui factum ſubtilius emendat, quàm qui adinuenit: laude tamen non minima afficiendos eos arbitror, qui primas bonarum artium promulgationes, ſumma cum lucubratione ſequacibus delegauerunt: quoniam, vt teſtatur Philoſophus, nedum ijs, quibus perfectè, ſed & iis, ex quorum imperfecto opere adinuento ad veram Philoſophiæ lucem tandem ventum eſt, gratiæ ſunt porrigendæ. Quamobrem cùm libellus, qui Modus legendi in vtroque Iure dicitur, opus equidem primò Iuris cunabula introeuntibus, ne dicam vtile, imò neceſſarium, plurimis tum diminutè tum ſuperfluè poſitis vndequaque antea notaretur: vt tandem Iuris ſtudioſi conſultius, ſecuriuſq; inhærerent operi, factum eſt hoc idem opus correctum, emendatum, omni denique ſuperfluitatis, ſeu diminutionis macula, vitioq; purgatum: vt per hæc, quæ ſequuntur ſcripta, omnibus luculentiſſimè panditur.*

MODVS LEGENDI ABBREVIATVRAS,

TAM IN LIBRIS IVRIS CIVILIS QVAM PONTIFICII, PASSIM OCCVRRENTES.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

QVIA præpoſterus eſt ordo prius humana petere ſubſidia, vt illis deficientibus, diuini fauoris gratia poſtuletur: vt de cõſe.diſt.j. c.omnis Chriſtianus. in fi.& in prin. Apparatus Io. And.lib. vj, imò vix bono peraguntur exitu, quę malo ſunt inchoata principio.lxj. diſt.c.miramur.j.q.1.principatus.&c.cũ Paulus. ideò diuino primitus implorato præſidio, cum Iuris vtriuſque ſcientia tam legum, quàm canonũ prætioſiſſima,non adminiculatiua, ſed principalis & ſacratiſſima, imò diuinitus inſpirata ſit, maximè competens principibus, comitibus, baronibus, militibus, cæteriſque nobilibus, clericis atque generoſis perſonis iuriſdictionem, & iurium ipſorum manutentionem habentibus, ſtatui, vt huius vtriuſque iuris, ſcilicet Canonici & Ciuilis notitiam aggredi volentibus, tam in legendo, quàm in ſtudendo, facilis, breuis, & planiſſimus pateat acceſſus in textibus, apparatibus, ſummis, gloſſis, recollectis, & omnibus abbreuiaturis legum & canonum ad omnipotentis Dei laudem, & iuniorum ſcholarium, ſacerdotum, & Iuris alumnorum inſtructionem: quæ aliter fieri non habet, quàm illorum informatio, quos ſcholaſticis doctrinis ſcholas fortè regendo ſua laboroſius oporteat quęrere nutrimenta. Attento quòd omnis proceſſus artium & ſcientiarum generatiuus, ordinẽ in ſe debet habere, & propter vitæ humanæ inſufficientiam breuitatem continere: talem vt ſequitur

tur breuiſſimum inſtruendi modum obſeruandum eſſe cenſeo pædagogis nobilium: ſalua tamen emendatione, meliorãtium rationabiliter hunc diſcendi modum. Præhabitis ergo ſcholaſticis diſciplinis, & puerilibus eruditionibus in Donato, caſualibus, & temporalibus, in Alexandri partibus ambabus, declinationibus, coniugationibus, & conſtructionis ordine, cum moralibus authoribus Catone, vel Faceto, &c. non per vitæ medietatem liberalibus & adminiculatiuis artibus inſiſtẽdo, vt ſunt Grammatica, Logica, Rhetorica, Geometria, Arithmetica, Muſica, & Aſtronomia: ſed his cõpendioſe tranſcurſis, principalibus ſcientijs, videlicet tramiti Philoſophiæ ſuadeo citius appropinquari: & tãdem Iuri Canonico & Theologiæ, iuri ciuili & practicæ finaliter immorari. Nam, vt ait beatus Hier. Illi in vanitate ſenſus, & obſcuritate mentis ambulãt, qui diebus & noctibus in dialectica arte torquẽtur &c. vt in canone, nonne. diſt. xxxvij. vbi reprehenduntur dialectici, & rerum naturas inquirentes, necnon verſificatores. & eadem diſt. c. legimus. vbi per vanam dialecticorum garrulitatem & ſophiſtica argumenta intelligit Hieronymus cyniphes, & ranas, quibus Aegyptij ſunt percuſſi.

Primo, præmitto nomina librorum in vtroq; iure, tam Pontificio quàm Imperatorio, annectendo cuilibet horum diuiſionem in libros partiales. Deinde ſubiungam modum allegandi in quolibet libro, cum exemplorum poſitione de abbreuiaturis: vt introitus ad iura capeſcenda manifeſtetur, quorum ignorantia paucos excuſat: iuxtà regulam, ignorantia facti non iuris excuſat. vt de regulis iuris, c. ignorantia. libro vj. quæ regula duos habet articulos principales. Primus, quòd ignorantia facti quemlibet excuſat: maximè dum eſt ignorantia facti probabilis: tunc enim in toto excuſat ignorantem: vt in l. error facti. C. de iur. & facti ignoran. Quod enim per me non ſtat, mihi imputari nõ debet: vt in c. imputari. de reg. iur. lib. vj. Secundus articulus eſt, quòd ignorantia iuris neminem excuſat: quia ius quilibet ſcire tenetur, & nemini licet ipſum ignorare: vt in l. regula. ff. de iur. & facti igno-

ignoran. Debemus ergo ſcientiam iuris omnes appetere,ne in contemptum Dei nos incidere contingat. Nam contemptores canonũ peccant in Spiritum Sanctum:cuius inſtinctu,nutu,& gratia ipſi ſacri canones æditi ſunt: vt xxv.q.j.violatores,& cap.nulli fas.

Pro quo ſciendum ꝙ ius eſt ars boni & ęqui, cuius merito quis nos ſacerdotes appellat:id eſt, ſua iura cuilibet miniſtrantes.ff.de iuſti.& iur.l.j.reſpon.ij. Eſt autem ius nomen generale: & lex eſt ſpecies iuris. Etiam ius dicitur prçceptũ ſeu ordinatio principantis, vel domini circa ſubditos.Et ſic ius triplex diſtinguitur: quia talis ſuperior principans aut eſt Deus:& tunc dicitur ius diuinum. aut eſt natura: & dicitur ius naturale primæuum. Aut eſt homo:& tunc dicitur ius humanum, ſcilicet gentium vel ciuile,ſeu poſitiuum. Iuris definitio. Sacerdotes iuris.

Ius naturale eſt commune omni nationi: eò quòd vbique inſtinctu naturæ non aliqua conſtitutione habetur; vt maris & fœminę coniunctio,puerorum educatio, communis omnium poſſeſſio: quia iure naturali omnia ſunt communia,id eſt, communicanda tempore neceſſitatis. Nemo enim proprium dicat,quod commune eſt, vt diſt. xvij.c.ſicut hi in medio.& illud ius æquiſſimum eſt quia eius præcepta in lege,& Euangelio cõtinentur:ut, Quod tibi vis fieri mihi fac: quod non tibi, noli. Sic potes in terris viuere iure poli.vt diſtinct.j.in princ. diſt. L. ponderet. aliàs conſideret.ij. quæſt. vj. Decreto. de maio. & obed.dilecti.vbi includitur: Non furtum facies, Non mœchaberis, Non occides, Non ſuſcipies vocem mendacij. Exodi xxj.& xxiiij.Deute.v.c. Ozee. vij. c. cum multis ſimilibus. Hoc ius cœpit ab exordio rationalis creaturæ,nec variatur tempore: ſed eſt immutabile, plenum,& perfectum.diſt.v.in prin.& diſt.viij.in prin. Ius naturale.

Sed ius poſitiuũ,eſt conſtitutio hominis variabilis & imperfecta, Et ſubdiuiditur in Canonicum & Ciuile. Nam ſicut ex duobus componitur homo,ſcilicet materia & forma: ſic duæ ſunt dignitates in Eccleſia militante, ſcilicet Pontificalis authoritas,& Imperialis poteſtas,vt de maior.& obedien. c. ſolitæ. Ex quibus iura duplicia prodierunt. Papa Ius poſitiuum.

enim eſt conditor Canonum,& Imperator Legũ.Ex quo iam patet cauſa efficiens vtriuſq; iuris. Sed cauſa materialis iuris poſitiui, eſt Leges & Canones, Decreta ſeu Decretales epiſtolæ:circa quę omnia verſatur ipſum ius. Et coincidit communiter cauſa materialis cum ſubiecto.

Iuris canonici ſubiectũ. Vnde ſubiectum Iuris Canonici eſt bonũ eccleſiaſticum fidelium directiuum, deciſionem ſingulorũ negotiorum continens, rerum eccleſiaſticarum vtilitatem cõſeruans. Vel eſt homo catholicus dirigibilis, de iure canonico in bonum humanum,ſimiliter & diuinum. Nam ſicut ſcientia ſupponitur ſcientiæ, ita ſubiectum ſubiecto. Et philoſophiæ moralis,cui ſcientia iuris vtriuſque ſubordinatur,ſubiectum eſt bonum humanum:igitur &c. ſic ſubiectum Iuris Ciuilis eſt homo politicus, conſtitutionibus legalibus dirigibilis ſimpliciter in bonum humanum, ad Reipublicæ vtilitatem conſeruandam. Cauſa finalis ſatis patet ex dictis.Nam finis iuris eſt bonos & ſcientes efficere,non metu ſolùm pœnarum, verùm etiam exhortatione præmiorum. Cauſa verò formalis duplex eſt, ſcilicet forma tractandi,quæ eſt modus agendi:vt definitiuus,diuiſiuus,perceptiuus,prohibitiuus,& exemplorum poſitiuus.Et forma tractatus, quę conſiſtit in diuiſione librorum totalium in partiales : & partialium in titulos, ſeu rubricas : & titulorum in capitula, leges, paragraphos, vel reſponſa,& cętera,ut infrà dicetur.

Ius Canonicũ. Ius Canonicum in quatuor libris principalibus nobis eſt traditũ. Primus liber Iuris Canonici, eſt Decretum. Secundus,Decretales.Tertius,Sextus liber. Et quartus, Clementinæ,ſcilicet Conſtitutiones. Pro quo ſciendum quòd differentia eſt inter Decretum,Canonem,& Decretalem epiſtolam.Hæc differentia notatur diſt.iij.§. porrò.vbi dicit Gratianus:Canonum alij ſunt decreta Pontificum,alij ſtatuta Conciliorum.

Canon. Nam Canon propriè dicitur ſtatutum in Concilio generali, vel prouinciali factum authoritate epiſcoporum: vt de conſecrat. c.j.

Decretum. Decretum verò eſt ſtatutum,quod Papa de conſilio Cardinalium,ad nullius tamen conſultationẽ ſtatuit, & in ſcriptis redegit,vt de reſcript.cap.pręſenti. Hic autem Decretum

cretum ſumitur pro nomine libri: in quo Decreto ſanctorum patrum dicta deſcripta ſunt. Capitur etiam aliter Decretum de rebus eccleſ. non alien.cap.1. lib.vj. in gloſſa magna, in fine, vbi ponitur differentia inter decretum, authoritatem, & conſenſum, vel collaudationem iudicis,&c.Sed Decretalis epiſtola dicitur,quam Papa ſolus,vel de conſilio Cardinalium ad conſultationem alicuius reſcribit, & reſpondet: vt de reſcrip.c.1. & glo.iij.§. omnes hæ ſpecies.diſtin.iij. Etiam inuenitur hoc Decretale: vt xxv.quæſt.1.omnia decretalia. Indifferenter tamen Decreta, Canones, & Decretales Ius Canonicum nuncupantur, vel Canones, & vnum ſpecie pro reliquo ſumitur. Vocatur etiam Canonica inſtitutio aliquando dogma:quia conſiſtit in doctrina fidei Chriſtianæ,de cõſec.diſt.v.c.fi. Aliquando mandatum:quia conſiſtit in doctrina de moribus.diſt. 54. denique. Aliquando interdictum, quando nulla pœna adijcitur. de conſecr. diſt.iij. non oportet.Et quandoq; ſanctio,quando pœna additur xxvij.q.iiij. ſi quis verè. Hic etiam Decretales in pluraráli numero vtimur pro libro,in quo dicta capitula, quæ etiam Decretales dicuntur, continentur. Decretalis epiſtola.

Venio nunc ad libros.Primum itaq; librum Iuris Canonici,qui Decretum dicitur, compoſuit magiſter Gratianus: non quidem inueniendo,ſed dicta ſanctorum patrum in diuerſis diſperſa voluminibus, in vnum volumẽ debitè,& ordinatè colligendo: & hoc circa annum Domini milleſimum centeſimum nonageſimũ tertium. Fuit etiam ille Gratianus vnus de tribus fratribus,cuius alter frater,Petrus Lombardus librum Sententiarum conſcripſit:& tertius Petrus Comeſtoris, vel Mãducatoris, qui Scholaſticam hiſtoriam fecit. Diuiditur autem hic liber primus Decretum, in tres partes principales. Quarum prima vocatur Diſtinctiones: quia vlterius ſubdiuiditur in partes centum & vnam, quarum quælibet diſtinctio dicitur.Habet enim hæc prima pars Decreti diſtinctiones centum & vnam,à quibus ipſa tota nomẽ eſt ſortita. Iſtæ autem diſtinctiones ulterius ſubdiuiduntur in canones vel capitula: qui canones interdum propter aliquo- Decretum.

rum ipſorum prolixitatem ſubdiuidi poſſunt in paragraphos: & paragraphi ipſi, ſi longi fuerint, in verſiculos. Secunda pars Decreti nominatur Cauſæ: & continet in ſe xxxvj. cauſas,in quas diuiditur, à quibus & nomẽ accepit, quæ cauſæ ſubdiuiduntur vlteriùs in quæſtiones: & hæ quæſtiones in canones, vel capitula, quæ vltra in paragraphos, & verſiculos ſubdiuidi poſſunt: vt ſuprà de diſtinctione canonum præmiſſum eſt. Eſt tamẽ animaduertendum, quòd cauſa 33. habet quæſtiones ſex: quarum queſtionum tertia non diuiditur immediatè in canones vel capitula, ſed ibi interponitur tractatus de pęnitentia, qui continet in ſe diſtinctiones ſeptem, in quas diuiditur. Et hæ ſubdiuiduntur in capitula vel canones; & paragraphos, vt ſuprà dicebatur. Et interdum diuiditur in paragraphos abſq; capitulis. Tertia & vltima pars Decreti nuncupatur de Conſecratione: & habet ſub ſe quinque diſtinctiones,in quas diuiditur:quarum quælibet in plures ſubdiuiditur canones,vel capitula:& quandoque in paragraphos, vt ſupra dictum eſt. Verſus.

Decretum centum diſtinctiones dat & unam.
Triginta cauſas, & ſex addit tibi miſtas.
Diſtinguit ſeptem pænitentia, conſecra quinque.
Authorem quarũ tibi declaro Gratianũ.uel ſic breuius.
C. diſtinguit, & L. cauſas dabit X. tria cum ſex.
Pænitet V. uerſum, uult conſecrare reuerſum.

Nunc ponenda, & notãda ſunt exempla allegationum. Et de prima parte Decreti nota, quòd illa ſyllaba di.vel diſ.etiam ſola litera,d, ſignificat diſtinctionem: & numerus immediate ſequens denotat quotam diſtinctionis. Vltimo ponitur principium canonis vel capituli, in quo authoritas vel allegatio continetur. Exemplum accipe in prima parte Decreti,vbi ſic allegatur. viij. diſtinctione.quo iure,& hoc ſic abbreuiatur,diſt.8.quo iure.ideſt, in prima parte Decreti, in diſtinctione 8. illius partis, in canone, qui incipit, quo iure. Aliud exemplum. diſtin.38. nonne. & cap. legimus. ideſt, in prima parte Decreti,in diſtinctione triceſimaſeptima eiuſdem partis, in canonibus,qui incipiuntur, nonne. &, legimus. Item

aliud,

aliud,diſtinct. xl. multi & cap.non loca.& diſt.l.ponderet.quod declara, vt priùs.

In ſecunda parte Decreti nota, quòd per numerū poſitum ante literam.q. datur intelligi quota cauſæ. Et ſic omnia talia adiectiua numeralia, prima,ſecunda, tertia, quarta &c.vſq; ad triceſimam ſeptimam ante literam,q, poſita,ſemper includunt hoc ſubſtantiuum cauſa . Nec debet ille numerus excedere 36.quia non ſunt plures cauſæ in ſecunda parte Decreti:& per literam, q, intelligitur quæſtio in nominatiuo vel aliis caſibus ſecundū exigentiam congruitatis. Communiter in ablatiuo allegatur quęſtione. Sed per numerum ſequentem iſtam literam,q,deſignatur quota quæſtionis illius cauſæ præmiſſæ. Et ſic numerus ſequens erit adiectiuum illius ſubſtantiui;quæſtione,per q, deſignati:quod nunquàm ſubintelligitur,ſed ſemper expreſsè ponitur. Vltimo ſubiungitur canon,vel capitulum illius quæſtionis,in quo authoritas allegata quæri debet. Exemplum ſume de ſecunda parte Decreti vbi ſic allegatur.1.q.1. principatus. & capitulo, cùm Paulus. Et ſolet ita breuiari.1.q.1. principatus. & valet tantum: in ſecunda parte Decreti in prima cauſa illius partis,& in prima quæſtione illius primæ cauſæ:in canonibus incipientibus,principatus.&,cùm Paulus.Iſto obſeruato quòd in toto iure non breuiatur principium canonis, capituli , vel legis: ſed ſemper integre ponitur prout in libro continetur. Aliud exemplum 11.q.3.inter verba.17.q.4. ſi quis ſuadente. Item 23.q.1.noli æſtimare. &c.militare. 26.q. 5. non liceat. & c. aruſpicinæ. in verſic. nec ideo . Declara iſta exempla , & ſignanter vltimum: in ſecunda parte Decreti , in cauſa 26. in quæſtione 5.eiuſdem cauſæ,in canonibus, qui incipiunt , nō liceat.&, aruſpicinæ.in ver. nec ideo. Quia tamē tractatus de pœnitentia inſeritur in quæſtione 33.ipſius cauſæ triceſimę tertiæ,vt ſupra dictū eſt:ideo ſumatur exēplum vbi ſic allegatur:de pęnitentia. diſt.prima, homicidiorū. & capitulo,homicidiū.hoc ſic breuiatur. de pę. diſ.1.homicidiorum.& cap. homicidium. ideſt, in ſecunda parte Decreti in cauſa xxxiij. in quæſtione 3. iſtius 33. cauſæ. in

ſæ.in diſtinctione prima illius quæſtionis, in tractatu de pœnitentia, in canonibus, qui incipiunt. Homicidiorum &c. Aliud exemplum: de pœnitentia diſtin.v. oportet enim.de pœnit. diſt.vij.c.1. intellige ut prius. & ſpecialiter ultimum.id eſt, in tractatu de pœnitentia. diſt. vij. & vltima illius tractatus,in capitulo primo huius diſtinctionis.Et ſic quando allegatur capitulum j.ij.vel iij. non ponitur principium capituli vel canonis &c.

De tertia parte Decreti pone exemplum: vbi allegatur hoc modo,de con.di.j.nocte ſancta c.miſſas.& c.omnis Chriſtianus. Quod ita breuiatum ſic intelligitur: id eſt,in vltima parte Decreti,quæ intitulatur, De conſecratione,in prima diſtinctione illius partis, in canonibus qui incipiũt,Nocte ſancta &c.Item aliud exemplum: de conſ.diſt.ij.in cœna.& cap.liquido.de conſ.diſt.v.nõ mediocriter.ne tales.& c.nuſquam.id eſt,de conſecratione, diſtinctione ſecunda & quinta, in capitulis incipiẽtibus, In cœna.Liquido. &, Non mediocriter &c. Non debet autem in tertia parte Decreti vltra quintam diſtinctionem allegari,ſicut nec in ſecunda parte vltra ſeptimam: & in prima parte non vltra centeſimamprimam:quia nulla partium plures habet diſtinctiones. Ideo vltrà allegãs notaretur tanquam imperitus errare. Et quia in qualibet parte Decreti ſunt diſtinctiones, nota differentiam in allegando. Nam quando allegatur diſtinctio abſolutè cum numero,ſine addito alterius determinationis:vt dicendo,diſtin.1.2.3.4. vel 5. &c. tunc quærendum eſt in prima parte Decreti,vbi ſunt centum,& una diſtinctiones. Quando autem allegatur diſtinctio cum addito: de pœnitentia: ut ſic,de pœni.diſt.1.2.3.&c. tũc quæri debet in ſecunda parte Decreti, in cauſa 33. & q.3. illius cauſæ· ubi ponitur Tractat.de pœnitentia, qui habet 7. diſtinctiones: vltra quas non allegabis ibi, ſi uelis Iuriſta videri. Sed ſi allegatur diſtin.cum addito tali, de conſecratione:ut ſic,de conſecra.diſt.1.2.vel 3.&c.tunc quęratur in tertia parte Decreti, ubi ſunt tantùm quinque diſtinctiones. nec etiam plures allegabis, aliàs te oſtendes Iuris ignarum. Et ſic in omnibus his tribus partibus

Decre-

Decreti allegatur conſtitutio cum quota ſequente: ſub ea differentia, quod interdum nulla determinatio præcedit, vt in prima parte interdum præcedit: & hoc dupliciter. Aut præcedit de pœni. ut in ſecunda parte Decreti. Aut de conſecratione: ut in tertia parte Decreti. Item in ſecunda parte allegatur quota cauſæ, tacẽdo illud nomen cauſa, ſed ſubintelligendo. & ſic etiam in fœminino genere adiectiuum numerale ſubſtantiuatur, includendo ſuum ſubſtantiuum: vt prima, ſecunda, tertia, quarta &c. ſubaudi cauſa: deinde ſubſtantiuum, quæſtio, cum ſuo adiectiuo expreſſe ponitur; ſcilicet quæſtione prima, ſecunda, tertia, quarta &c. Poſtea initium canonis: ut, Omnis. Ponderet. Nonne. Legimus &c. Etiam quandoq; per paragraphos allegatur, omiſſo nomine capituli; & ſubiungitur principium paragraphi: vt ij. q. vj. §. biduum. Et frequenter quando allegatur capitulum, non eſt opus allegere paragraphum, & è conuerſo. Si verò capitulum eſt longum, dicatur in prin. med. uel fi. aut circa prin. med. uel fi. ubi authoritas vel textus allegatus habetur. Finaliter: *Dilige Decretum ſi gliſcis canonicari. Diſtinguit cauſat, pœnitet, & conſecrat.* Et tantum de primo libro.

Secundus liber iuris Canonici, qui Decratales nominatur, à Gregorio Papa IX. compoſitus eſt, qui in vnam compilationem redigi procurauit, per magiſtrum Raymundum ſuum capellanum, diuerſas decretales epiſtolas prædeceſſorũ ſuorum corrigens & concordans: & hoc circa annum Dñi milleſimum ducenteſimũ trigeſimum primum. Et ſic penè annis xxxviij. poſt compilationem Decreti, Decretales in hanc formam redactæ fuere. Nam poſt hoc ſub anno Domini M. C C X L V I. Concilium Lugdunenſe fuit celebratum, ab Innocentio Papa IIII. anno ſui Pontificatus II. in quo multas edidit conſtitutiones, quas etiam ſuo tempore ſuper Decretales conſcripſit. Et iſte liber Decretales vocatus diuiditur in quinq; libros partiales. Quorũ quilibet vlterius ſubdiuiditur in multos titulos vel rubricas: & tituli in capitula, & capitula in paragraphos, & hi interdum in verſiculos. Primus autem liber partialis Decretaliũ; tractat de perſonis eccleſiaſti- Decretales.

ſiaſticis,& eccleſiæ miniſtris,& de eorum officiis & quõ tales creandi & ordinandi ſunt. Et cõtinet titulos xliij. Secundus liber Decretalium, eſt de iudicijs, & de requiſitis in iudicio,& habet xxx.titulos.Tertius eſt, de uita & honeſtate clericorum,& rebus eorum, & rebus eccleſiarum,& habet titulos L.Quartus de ſponſalib. & matrimonijs,& de cæteris his annexis,& continet xxj.titulos. Quintus & vltimus liber partialis Decretaliũ, eſt de accuſationibus,de criminibus, & de diuerſis pœnis pro ipſis infligendis.& cõtinet titulos xlj. Omnibus ergo computatis, totalis liber Decretaliũ habet titulos, vel rubricas ducentas, minus quindecim, hoc eſt,centum & octoginta quinque.De quibus prædictis nota hos verſus.

Pars prior officia creat,eccleſiæque miniſtros.
Altera dat teſtes,& cætera iudiciorum.
Tertia de rebus & vita presbyterorum.
Quarta docet quales ſint ritus coniugiorum.
Quintaq; de vitijs et pœnis tractat eorum.Vel ſic breuius
Index,iudicium,clerus,ſponſalia,crimen.
Hæc tibi deſignant,quid quæque volumina ſignant.

De numero titulorum verſus nota ſequentes,
Bis ſeptem demptis ſimul vno ferto ducentos. Qui tituli ponentur infra proſaicè & metricè. Nunc ſumantur exempla ex Decretalibus: vbi ſic allegatur, de ſumma Trinitate & fide catholica. damnamus. hoc ita breuiari ſolet: de ſum.Tri.& ſi.ca.damnamus.Aliud exemplum:de electione & electi poteſtate.cũm in cunctis: hoc ita breuiari ſolet.de elec.cùm in cũctis. id eſt, in libro Decretalium, ſub titulo,de electione. in capitulo quod incipit, cum in cunctis.Aliud exemplum:de foro comp. diligenti.Aliud: de vi.& ho.cleri.vt clericorum.Aliud:qui cle. vel vouen. ma.contra.poſ.conſuluit.Aliud:de pæ.& re.omnis vtriuſque. Iſta exempla ſic breuiata ſuo modo ſunt explicanda vt primum exemplum.& ita de alijs.

Tertium librum,qui Sextus appellatur, compoſuit Bonifacius Papa VIII. in quo Decretales epiſtolas ſuorum prædeceſſorũ,videlicet Grego.X.Inno.IIII.Clem. IIII. & aliorũ cum ſuis proprijs epiſtolis recollegit in vnum librum,

librum,quem Sextum appellauit. non ſic quòd ille cum alijs v.partialibus libris Decretalium in vnum volumen Sextus connumeretur: ſed quia liber eſt ſpecialis poſt dictos quinq; editus, ſupplēs defectum diuerſorum caſuum emergentium,in alijs non comprehenſorum. Et ſunt promulgatæ cōſtitutiones libri Sexti, anno a natiuitate Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo octauo, Nonis Martij,Pontificatus Bonifacij Papæ octaui , anno IIII. Diuiditur autem Sextus eodem modo in quinque libros partiales ſicut Decretales : & quilibet horum librorum in titulos ; & hi per capitula , & paragraphos , vt ſuprà: quāuis in Sexto non ſint tot tituli ſicut in Decretalibus, nec tot capitula in titulis . Sed vbi deficit aliquid non plenè deciſum in Decretalibus,id ponitur in Sexto. Sunt nanq; modo ſumenda exempla de libro Sexto, vbi ſic allegatur de conſtitutionibus. vt animarum. libro ſexto. & de reſcrip.ſtatutum.§.cùm verò.ver.nullus.li.eo. Hoc intelligitur : id eſt , in libro ſexto, ſub titu. de conſtitu. in capitulo quod incipit, ut animarum . Et ſub titulo de reſcriptis, in c.quòd incipit, ſtatutum. in §. illius capituli, qui incipit, cùm verò. in verſiculo, nullus . libro eodem. Et ſciendum quòd in Sexto allegatur eodem modo, vt in Decretalibus, hoc ſolùm mutato quòd in Sexto allegando ſemper in fine additur lib. vj. propter differentias librorum:quia omnes rubricæ Sexti ſunt etiam in Decretalibus. Debet ergo ad rubricam poſt capitulum addi libro ſexto, vt ſciatur eſſe in Sexto. Quòd ſi non additur, quæreretur cap.allegatū in Decretalibus:& ſic errare contingeret ex omiſſione huius additionis libro ſexto : quia capitulum allegatum in Sexto non inueniretur in Decretalib. Alia plura poſſunt exempla ſumi : vt de iudic. mulieres.§.cæterū.& c.ſeq. lib.vj.de cleri.coniug. c.vnico.§.in cæteris autem.eod.lib.de conceſſ. præben.deteſtanda.lib.vj.de cenſi.quanquam.eo.lib.quæ ſunt declaranda ſuo modo vt ſuprà. Et tantum de tertio libro.

Quartum librum iuris canonici, qui Clementinæ dicitur, ſubaudiendo conſtitutiones, incœpit & edidit Clemēs Papa V. ſub anno Domini milleſimo trecēteſimo decimo,

cimo,in Concilio Viennenſi,quod ſex menſib.tantùm du rauit : ſed ipſe Clemens morte præuentus , ad publicum non perduxit : ſed poſt eum Ioannes Papa XXII. compleuit,correxit,in quibuſdam mutauit,& executioni demandauit. Quæ conſtitutiones ita collectæ dicũtur Clementinæ,à Clemente V. & fuerũt promulgatæ anno Domini milleſimo tricenteſimo ſexto.1111. Calendas Nouembris.De quo vide gloſ.in prooemio Clementinarum, in ver.Nouembris. & in verbo Pontificatus.Et ſecundum Ioan. Andr.in prooemio huius libri male dicunt illi, qui allegant librum ſeptimum : quia dictæ conſtitutiones non ſunt connumeratæ ſub nomine libri ; ſed debent intitulari Clementinæ,vt ſuprà dictum eſt. Et diuiduntur Clementinæ eodem modo in quinque libros iuxta materiam iſtius verſus : *Iudex , iudicium , clerus , ſponſalia, crimen* . de qua tractant , ſicut Decretales & Sextus: licet pauciores contineant titulos , & tituli pauciora capitula , in quos & quæ rurſum diuiduntur. Sunt autem exempla taliter in his accipienda, vbi ſic allegatur,de hæreticis ad noſtrum in Clementinis. hoc ſic breuiatur : de hæret.ad noſtrum. in cle. j. in conſtitutionib. Clementinis ; ſub titulo de hæreticis & Manichæis , in capitulo, quod incipit,Ad noſtrum.Aliud exemplum : de reliq. & vene.ſanct.ſi dominum. in Clemen. id eſt, de reliquijs & veneratione ſanctorum.in capitulo.Si dominum.in Clementinis.& ſic de alijs. Nam hic allegatur per omnia ſicut in Decretalibus: ſolum eo dempto , quòd additur hic in Clemen.ſicut in Sexto,additur libro ſexto, propter rationem ibi dictam . Et poteſt hæc addito præmitti : vt ſic allegando,Clemen.paſtoralis.§. rurſus.in fin.id eſt,in. Clementinis, in capitulo Paſtoralis. §. rurſus. in fi.illius paragraphi,vbi dicitur : Qui falcem mittit in meſſem alterius , perperàm agit. Et hæc de allegationib. & exemplis iuris Canonici quo ad quatuor libros ſufficiant . Et vt dicti libri cognoſcantur, ſciendum quòd Decretum ſic incipit.Humanum genus duobus regitur , naturali videlicet iure , & moribus. Decretales incipiunt, Gregorius epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei . Sextus incipit , Bonifacius

cius epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Clementinæ diuerſi modè ſolent incipi. Quandoque ſic, Ioannes epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Quoniam nulla iuris ſanctio. Quandoque ſic, Clemens epiſcopus &c. Fidei catholicæ fundamento &c. Et antequàm veniam ad materiam Decreti, in diſtinctionibus & cauſis, & ad rubricas in Decretalibus, de libris legum & allegationibus in eis præmitto.

Ius enim Ciuile vel Imperatorium (quod Leges appel latur) traditum eſt nobis in multis, & generaliter in quatuor voluminibus, quæ dicuntur libri legales: vt ſunt Digeſtum, Codex, Inſtituta, & Authenticum, quibus additur liber Feudorum.

Primus ergo liber Iuris Ciuilis, eſt Digeſtum, continens leges & ſtatuta Romanorum. Et continet in ſe quinquaginta libros partiales, qui in tribus voluminibus comprehenduntur. Primum volumen eſt Digeſtum vetus, quod habet xxiij. libros partiales. Secundum, Infortiatum: & habet xiiij. libros partiales. Tertium Digeſtum nouum, quod xij. habet libros partiales: quibus connumeratis erunt L. libri partiales. Et vocatur Digeſtum alio nomine Pandecta, nomen compoſitum à παν, quod eſt totum, & participio verbi δέχομαι quod eſt capio, quaſi omnia intra ſe comprehendens. eſt enim volumen aliquod omnia vniuerſaliter continens. Vnde Iuſtinian. libros in quibus vetera iura collegit, Pandectas appellauit. Volumina illa (inquit Budæus) nihil non continentia, & ex quibus poſſis, quod velis, velut è Cornucopia depromere, dicuntur Pandectæ: vt Pandectę legum, quæ omne ius complectuntur. Gell. libro xij. Tullius Tyro Ciceronis libertus, libros de varijs ac promiſcuis quæſtionibus compoſuit, quos Gręco vocabulo Pandectas, id eſt, promiſcua & multifaria continentes, libros inſcripſit, tãquam omne rerum ac doctrinarum genus continentes: vt dicitur in l. ij. C. de vete. iur. enuclean. §. cùm omnia. Et iſte liber Digeſtum, eſt collectus ex veteri iure, quod ab vrbe Romana conditum, & à tempore Romuli, vſque ad tempus Iuſtiniani Imperatoris fere per mille annos & trecentos confuſe

Digeſtũ.

fusè ſtatutum fuit: & extendebatur in duo penè millia librorum, & decies centena millia verſuum, id eſt paragraphorum vel reſponſorum : vt habetur in §. cum omnia.præallegato. Vocatur autem hoc nomine Digeſtum quia omnia decidenda ibi deriguntur & ſoluuntur. Scribitur etiam per duplex. ff. contra morem omnium librorum legalium, cùm nulla litera, f, ponatur in hoc nomine Digeſtum. ideo (ut aiunt quidam) quia per duos Imperatores, quorum quiuis Federicus nominabatur, poſteà maturius ruminatum eſt & digeſtum: à quorum Imperatorum quolibet nomine ſumpta eſt prima litera, f, &c. Alij dicunt eſſe arbitrarium : nec omnium rationem eſſe reddendam, ut in l.non omnium. ff.de legi.& ſenatuſcon. Infortiatum autem dicitur ab in, id eſt valde, & forte: quia multum fortes leges in eo ſunt, uel quia diſpoſitiones vltimarum voluntatum in illo ſunt. Vnde,

Sum liber en fortis, diſponens ſpolia mortis.
Et clauſis portis me diſcat lector in hortis.

Vt habetur in principio Infortiati in gloſſa j. vbi etiam dicitur, de nominibus, diſputare relinquitur pertinacibus, ſecundum Tullium. & nomina magiſtralia ſunt: ideo de eis non eſt diſputandum. Sufficit ſaltem quòd attendatur, quid in libris dicatur ſecundum Senec. Vnde,

Qui uult ſeruare ſanctorum ſingula feſta,
Non poterit clarè cum Codice ſcire Digeſta.

Et nota quòd quando in Digeſto veteri, Infortiato, vel Digeſto nouo allegatur aliquis textus, tunc primo ponitur nomen libri non partialis, nec Veteris, Noui, vel Infortiati: ſed Digeſti in genere per duplex, ff, poſteà titulus uel rubrica: deinde apponitur lex illius tituli cum ſua determinatione, vel numero ſequenti. Et ſi lex eſt longa, ponitur §. primus, vel ſecundus, vel reſpõſum primũm vel ſecundum &c. Exemplo: in Digeſto ſic allegatur. ff. de damno infecto, l. ſi finita. §. ſi quis autem. quod ita breuiatum, tantum valet: id eſt, in libro Digeſtorum, ſub titulo de damno infecto. in lege, quæ incipit. Si finita. in §. ſi quis autem. illius legis. Aliud exemplum, ff. ad leg. Rhod. de iac. l. nauis. §. cùm autem. id eſt, ff. ad legẽ Rhodiam

diam de iactu,in l.nauis. in §.cum autem. Aliud exemplum, ff. ſi quadru. paup. feciſ.dic. l. j. §. cùm arietes,id eſt,Digeſtis in rubrica, ſi quadrupes pauperiem feciſſe di catur l.j.in paragrapho, cùm arietes. Item ff. de vi & vi ar.l.j.§.vim vi.id eſt, ff.ſub titulo de vi & vi armata. in l. j. &c.& ſic de alijs.

Secundus principalis liber Iuris dicitur Codex, qui continet ſtatuta,ſanctiones,& diuerſa præcepta Imperatorum: quamuis communiter loquendo Codex dicatur quilibet liber in ſe habens diuerſos libros partiales. Fuerunt tamen ante tempus Iuſtiniani Imperatoris tres Codices, ſcilicet codex Gregorianus, Hermogenianus, & Theodoſianus. Ergo diuus Iuſtinianus volens circa hoc adhibere remedium, direxit animum ſuum ad conſtitutiones Imperiales, & de iſtis tribus codicib. extrauagantibus fecit fieri vnum codicem, quem ſuo felici nomine intitulauit Codicē Iuſtiniani: vt patet in rubrica proœmij huius libri. Et ſcribitur per C.magnum,quæ eſt prima litera huius nominis Codex.Diuiditur autem in xij. libros partiales, quorū vltimi tres longè poſt primos nouem compoſiti ſunt.& vltimi tres rarò leguntur à doctorib. In primis autem ix. libris Codicis allegatur ſuo modo ſicut in ff. primò ponendo nomen libri Codicis,deinde titulum, poſteà legem cum ſuo principio vel numero. Exemplum accipe ſic allegās. C.de præſcript.xxx.vel xl. ann.l.ſi quis.§.pen.id eſt, in libro Codicis, ſub titulo de præſcriptionibus xxx.uel xl.annorum,in l.ſi quis.in §.penul. Alia exempla C.de ſacro. eccl.l. ſancimus in fi.C.de tranſ.l.vt reſponſum C.de vet.iu. enucl.l.ij. §. ſi quid in tanta.&c. Quæ ſunt omnia extenſis rubricis declaranda. In vltimis tamen tribus libris hoc refert,quòd in fine allegationis (vt præmiſſum eſt) additur numerus libri: vt allegando, C. de armorum vſu iuxta principem l.j.lib.x. C.de Murilegulis & Gyneciarijs l.&c.lib.xj.C.de dignita.l. ſi vt proponis, lib. xij. ſimiliter de alijs. Et eſt magis neceſſarium quoſdam titulos pleniùs ſcribere, quia ſunt in his libris tribus valde rari & inuſitati tituli: quia non frequētantur in ſcholis legēdo,ſicut alij libri ix.Co- Codex.

dicis. Et uolunt aliqui dicere, quòd quando in Codice allegatur, non ſit neceſſe addere l.dicendo ſic,C.de iud.l. propeiandum. ſed ſimpliciter debeat dici,de iudic. properandum. ſine hoc addito,lege: niſi eſſet lex j. ij. iij. vel penultima, uel antepenultima. Tunc enim oporteat addi,l.j.ij.uel penult. &c. Sed ſiue hoc in toto ſeruatur ſiue non,non eſt magna uis. Item interdum in Codice allegatur Authentica,quæ eſt antiquo iuri ſuperaddita & incorporata:ut,C. de epiſ.& cle. Authen. generaliter.id eſt,in Codice ſub titulo de epiſcopis & clericis, in Authentica ibi incorporata,quę incipit,Generaliter.

Authenticorum lib.

Tertius principalis liber uocatur Authenticum in numero ſingulari:& Authentica Authenticorum in numero plurali. Et ſunt Authentica quædam excerpta, quaſi ſummula librorum ſuprà dictorum. Et diuiditur iſte liber in ix. collationes, quarum quælibet ſubdiuiditur in titulos. Tituli autem ſubdiuiduntur non in leges, ſed in paragraghos. & quando ex Authentico allegatur aliquis textus, præmittitur primò nomen libri cum præpoſitione,in,deinde ponitur titulus, poſteà ſubiungitur paragraphus cum ipſius incœptione: & in fin. ponitur quota collationis.Quamuis enim collatio naturaliter præcedit paragraphum qui in ea continetur, tamen collatio cum ſua quota conſueuit vltimò allegari: licet etiam interdum omittatur. Exemplum ſumatur ſic allegando.in Authen.de lenonibus.§.ſancimus.coll.iij. id eſt,in libro ſeu volumine Authenticorum,ſub titulo de lenonibus,in §. qui incipit, Sancimus.ſub colla.iij. Aliud exemplum. in Authen.de trien.& ſemiſ.§.conſideremus.colla.iij.id eſt, in Authentico de triente & ſemiſſe. in §. conſideremus. &c.Item in Authē.vt diui.iuſ. ſubſcript. ha.glo.quæ.§.j. collat.viij. id eſt, in hoc libro, ſub titulo, vt diuinæ iuſſiones ſubſcriptionem habeāt glorioſiſſimi quæſtoris &c. Et nota differentiam inter Authenticum & Authenticā. Nam Authenticum eſt liber principalis Voluminis, de quo iam mentio facta eſt; ſed Authentica eſt lex vna vel Paragraphus incorporatus in lib.C. & allegatur hoc modo ſicut etiam prędictum eſt in libro.C.in Authen.mul-

tò magis.C.de ſacr.ſanct.eccl.&c.

Liber Feudorum, qui alio nomine dicitur Collatio x. diuiditur in duos libros partiales, quorum quilibet ſubdiuiditur in titulos: & iſti in Capitula & Paragraphos. Vnde vt exemplariter dicatur,in allegatione huius libri, primò ponitur nomen libri, poſteà titulus, deinde capitulum & §.vt ſic allegando in libro,aliàs & communius, in vſib.feud.de prohib.feud.alien. per Federic. c.j.§.hac edictali.Et hoc breuiatum ſic intelligitur: id eſt, in Vſibus feudorum (quilibet etiam Collatio decima dicitur) ſub rubrica de prohibita feudi alienatione per Federicum,in cap.primo, & paragrapho allegato. Et eſt neceſſe apponere per Federicum, ad differentiam alterius tituli in eodem libro de prohib. feud. alien. per Lotharium. Poteſt etiam nomen libri vltimò ſubiungi: vt in hoc exéplo.quib.mod.feud. amitt.cap.vnico.§. rurſus. in vſibus feud.id eſt,in rubrica.quibus modis feudum amittatur.c. vnico.in §. rurſus. in vſibus feudorum. Etiam interdum allegatur collatione decima, ſic breuiando. collatio. x. quia iſte liber poſt ix. collationes authenticorum æditus eſt. Alia poſſunt accipi exempla multa. De feud. mar. duc.& com.id eſt, de feudo marchiæ,ducatus, & comitatus.De inueſ.in man.fac.id eſt,de inueſtitura in mancum facta.De milit.uaſal.qui contum.eſt. id eſt, de milite vaſallo,qui contumax eſt.Qual.vaſ.iur.deb.dom.fid.id eſt, qualiter vaſallus iurare debeat domino fidelitatem.Et ita de omnibus alijs extendendo, & abbreuiando rubricas, cum ſubiunctione tamen cap.& §.in quo cõtinetur authoritas vel textus allegatus. Et tantum libro Feudorum.

Quartus liber principalis dicitur Inſtituta,uel Inſtitutiones in numero plurali. Et diuiditur in quatuor libros partiales, qui ſunt introductorij in alios libros legales: imò deſeruiunt etiam Canonibus,in quantum declarant ſignificationes terminorum in Iure vſitatorum,qui multum vtiles ſunt incipientibus, tanquam oſtium in domum, in Ius præbentes introitum. Quare conſultum eſt omnibus quaſi modò genitis pueris, & adultis lac iuris concupiſcẽtibus, per Inſtitutionũ dogmata ſua primaria Inſtituta.

ſumere nutrimenta, vt doctrina præambula informati, Iuſtiniani mereantur ſanctioni ſecurius inhærere. Quæ à Chriſtianiſſimo Iuſtiniano Imperatore regulariter deriuata omnium Imperatorum authorirate iubet, vetat, vindicat, punit, atque permittit. Nullus ergo tam præſumptuoſus exiſtat, quod ſine Inſtitutionum doctrinis ad Iurium, & maximè ciuilium ſublimitates conſcendere at tentet: quoniam ex alto irremediabiliter corruunt, qui volare ſatagunt antè, quàm pennas aſſumant. Fuit autem hic liber de mandato Iuſtiniani Imperatoris (qui etiam Digeſtum compoſuit) æditus, poſt Digeſtum, & poſt primam compoſitionem Codicis: ante tamen ſecundi Codicis, quem nunc habemus compilationem, per magnificum magiſtrum Tribonianum Quæſtorem ſacri palatij ſui, cum Theophilo & Dorothæo viris illuſtribus, vt in principio Inſtitutionum dicitur. Et huiuſmodi libri partiales ſubdiuiduntur vlterius in titulos, & hi in paragraphos, non in leges nec in capitula: & paragraphi interdum quando lungi ſunt in verſiculos. In allegationibus autem huius libri talis modus obſeruatur, quòd primò liber nominatur, poſteà rubrica, deinde paragraphus cum verſiculo. Exempli gratia, Inſtit. de iuſti. & iur. §. j. id eſt, in libro Inſtitutionum, ſub rubrica de iuſtitia et iure. in §. primo illius rubricæ. Aliud, Inſtit. de iur. nat. gen. & ciui. §. ſed quoties. id eſt, Inſtitutionibus de iure naturali gentium & ciuili. paragrapho allegato. Item, Inſti. de hæret. inſti. §. hæreditas. id eſt, hæredibus inſtituendis. paragrapho qui incipit, hæreditas; & ſic de alijs exemplis accipiendum eſt. Et hæc de nominibus, diuiſionibus, & exemplis ipſorum librorum legalium pro nunc ſufficiant. Vt tamen plenius noſcantur hi libri, nota quòd Digeſtum vetus ſic incipit, Iuri operam daturum prius noſſe oportet, vnde nomen iuris deſcendat. Et primus titulus eſt, de Iuſtitia & iure. Infortiatum verò ſic incipit, Dotis cauſa ſemper & vbique eſt præcipua. Et primus titulus eſt, Soluto matrimonio quemadmodum dos petatur. Sed Digeſtum Nouũ incipit, Hoc edicto permittitur, vt ſiue iure ſiue iniuria fieret opus, per nunciationẽ inhiberetur,

Et

E eſt primus titulus de Noui operis nunciatione. Codex incipit, Imperator cunctos populos. Et prima rubrica eſt, De ſum.tri.& fid.cath. Præmittitur etiam procemiũ, Hęc quæ neceſſario. Authenticum incipit: Occupatis nobis circa totius reip. curas. Et eſt prima rubrica, Si hę-res ſoluere legatum noluerit. Decima collatio, quæ etiã liber de Vſibus feudorum dicitur, ſic incipit, Quia de feudo tractaturi ſumus, videamus primò, qui feudũ dare poſſunt. Et prima rubrica eſt, De his, qui feudũ dare poſſunt, & qualiter acquiratur & retineatur. Inſtitutiones verò ſic incipiunt, Imperatoriam maieſtatem non ſolum armis decoratam, ſed etiam legibus oportet eſſe armatam.

Notandum etiam eſt, quòd quidam liber paruum Volumen appellatus eſt, continens in ſe aliquos prædictorum librorum totalium, & aliquos partialium: videlicet Authentica, Vſus feudorum, & tres vltimos libros Codicis, ſcilicet x.xj.& xij. qui rarò legi conſueuerunt, & titulos habent plerosq; rariſſimos.

PRæmiſſis itaque nominibus & diuiſionibus librorũ vtriuſque Iuris cum modis allegandi in ipſis: nunc pro breuiaturis gloſſarum legendis, ſubiũgam quoddam alphabetum, in quo communiores ſaltem abbreuiaturę textuum & gloſſarum Iuris continebuntur: quod ſic incipit.

A. vel B. &c. Quæcunque literarum alphabeti poſita ſola in textibus Iuris maximè Decret. ſignat nomen proprium viri vel mulieris: vt Arnoldus, Bernardus, & ſic de alijs: ut de teſti. ex parte A. id eſt, Adæ, & ſic de alijs.

Ab. id eſt, Abbas: ſcilicet Lapus vel de Caſtelliano.

Ac. vel Accur. id eſt, Accurſius gloſſator in legibus. Hic duos habuit filios: vnus vocabatur Franciſcus Accurſij, valens doctor, qui gloſſis patris ſui multas fecit additiones. Alius nomine Ceruotus, qui fecit etiam additiones, quę dicuntur Ceruotinæ, modicum tamen valentes: quarum una ponitur C. de æden. in l.j. Et ſic filius poteſt in iure patrem reprehendere, vt ff. de condi. ob cauſ. in moribus ſecus: licet poſſit dari tutor patri furioſo.

Al. vel Alb. id eſt, Albertus doctor: vel Albericus.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Ala.id eſt, Alanus.
Ap.ſe.le.id eſt, apoſtolicæ ſedis legatus.
Ap.re.id eſt, appellatione remota.
Ap.re.id eſt, appellationis obſtaculo remoto.
Ant.de But.id eſt, Antonius de Butrio.
Ar.vel arg.id eſt, argumentum.
Arch.id eſt, Archidiaconus, magiſter Io. Andreæ, qui gloſſauit etiã Sextũ, & ſcripſit Roſariũ ſuper Decreto.
Ad no.præ.id eſt, ad noſtram præſentiam.
Aut.uel Authen. id eſt, Authenticum liber, vel Authentica lex incorporata.
Az.id eſt, Azo, qui fecit Summã vnam in legibus, ex qua ſumunt examinandi continuationes rubricarum.
Bern.Ber.B.id eſt, Bernardus gloſſator Decretalium.
Barth.Brix.id eſt, Bartholomęus Brixienſis, qui fecit additiones gl.ſuper Decreto. quas ſi Decretum habet, ſic incipit gl.eius: Quoniam nouis ſuperuenientibus cauſis, nouis eſt remedijs ſuccurrendum.
Bart.id eſt, Bartolus de Saxo ferrato, legum interpres.
Bal. vel Bald. id eſt, Baldus in vtroque Iure ſcribens.
Band.id eſt, Bandinus doctor.
Bo.me.id eſt, bonæ memoriæ.
Bulg.id eſt, Bulgarus doctor.
But.id eſt, Butrius, ſcilicet Antonius de Butrio.
C.in textu poſita Celeſtinum ſignat, maximè quando apponuntur hæc verba prædeceſſor noſter. aliàs in gloſſis, ſummis, vel lecturis, C.magnum ſignificat codicẽ, communiter in ablatiuo caſu. Sed c. paruum, id eſt, capitulo: vel centeſima, in diſtinctionibus.
Cy.id eſt, Cynus doctor legum.
Ci.id eſt, ciuis.
Cle.vel Clem.id eſt, Clementinæ vel Clementinis.
Card.id eſt, Cardinalis doctor.
Conſtit.id eſt, conſtitutio.
Compoſt.id eſt, Compoſtellanus doctor.
Cen.eccl.id eſt, cenſura eccleſiaſtica.
Con.t.t.r.id eſt, conſultationi tuæ taliter reſpondemus.
D.ſola, vel diſt.id eſt, diſtinctione.

De

De pœn.id eſt,de pœnitentijs.
De conſ.id eſt,de conſecratione.
Dil.fil.id eſt,dilectus filius.
Dama.id eſt,Damaſus Papa.
Dy.id eſt,Dynus doctor.
Diſ.ve.id eſt,diſcretioni veſtræ.
Do.de Ro.id eſt,domini de Rota.
Durand.id eſt,Durandus doctor.
E,ſola & magna,nomen proprium.e parua, eodem vel eadem:maximè qñ ſequitur titulo,diſtinctione, vel lege.
Eccl.Rom.id eſt,eccleſia Romana.
Extra.id eſt,extrauagans.

Et hic eſt ſciẽdum quòd quãdo in Summa de caſibus, in Summa Piſana vel alicubi in libris Iuris ponitur authoritas ex Decretalibus,tunc allegatur extra:& ſignificat extrauagantem, ſcilicet textum vel capitulum extra corpus Decretorum poſitum. Decretalis enim paulò ante compilationẽ,correctionẽ,& concordationem ipſarum erant extrauagantes: quia vagabantur extra illud volumen. Hodie autem per modernos Canoniſtas capitula in Decretalibus,in Sexto ſimiliter & in Clementi. non conſueuerunt allegari extra : quia talia capitula modò non vagantur extra corpus Iuris Canonici. Sed legiſtæ prædictorum librorum textus allegant extrà: eò quia ſunt extra corpus ſui Iuris.ſ.Ciuilis. Verum eſt quòd canoniſtę adhuc hodie aliquos textus etiam canonici Iuris, allegant extrà:videlicet hos, qui ſunt extrauagãtes nondum incorporati Iuri Canonico.

Fa.id eſt.facit.
Fe.re.præ.n.id eſt,felicis recordationis ꝑdeceſſoris noſtri.
F.t.id eſt,fraternitati tuæ.
Fi.id eſt,finale,vel fine.
ff.id eſt,digeſtis.
Fri.de Zen.id eſt, Fridericus de Zenis.
Fran. de Za. id eſt, Franciſcus de Zabarellis, doctor & Cardinalis.
Flori.id eſt,Florianus doctor.
Fri.Imper.id eſt Fridericus Imperator.

F.t.t.r.id eſt,fraternitati tuæ taliter reſpondemus.
G.in Spe.Guillelmus in Speculo.
G.de mon.Laud.id eſt, Guillelmus de monte Lauduno.
Guil.id eſt,Guillielmus doctor.
Gen. id eſt, Genshelinus doctor.
Gra.id eſt,Gratianus compillator Decreti.
Go.vel. Gof.id eſt,Goffredus: qui compoſuit Summam, in qua recitant examinandi in Iure Canonico continuationes rubricarum,& alia plura.
Gar.id eſt,Garſias doctor.
Hu.vel V.id eſt,Hugo vel Vgutio.
Ho.vel Hoſti.id eſt,Hoſtienſis doctor.
Hen.Bo.id eſt,Henricus Boick.
Hon.id eſt,Honorius Papa.
Her.id eſt,Hermanus doctor.
I,ſola,vel cum titello ſic j̄.denotat infrà.
Pro quo ſciendum,quando textus allegatur, qui etiã poſtea habetur, ſiue in eodem libro,ſiue in alio, eiuſdem tamen Iuris,tunc dicitur infrà: & ſcribitur per j. longum : cui ſupraponi poteſt titellus:vt ſic j̄. titulo proxim.c.j.ij.id eſt,infrà titulo proximo.cap.j.&c.
j̄.eod.tit.id eſt,infrà eodem titulo.
j.breuis ſignat vnum vel primo.
Io.Mo.id eſt,Ioãnes Monachi gloſſator Sexti in Francia.
Io. And.id eſt, Ioannes Andreæ, etiam gloſſator Sexti & Clementinarum,qui & Nouellas conſcripſit,valentiſſimus doctor.
Io. Imo. id eſt, Ioannes Imola, modernus doctor ſuper Decretalibus notabiliter ſcribens.
Io.vel Ioan.id eſt, Ioannes gloſſator Decreti Theutonicus:quem aliqui nominant Ioannem antiquum.
Io.de Lig.id eſt,Ioannes de Ligniano.
Io.de Fan.id eſt,Ioannes de Fantuſijs.
Inno.vel Innoc.id eſt Innocentius Papa.
Imo.id eſt,Imola,ſubaudiendo Io.
Iac.de Liz.id eſt,Iacobus de Lizano.
Iac.de Are.id eſt,Iacobus de Arena.
Iac.But.id eſt,Iacobus Butrigarij.

Iac.

Iac.Bal.id eſt,Iacobus Balduini.
Iac.de Bel.id eſt,Iacobus de Beluiſo.
L,ſola,id eſt,lege,vel quinquaginta in num.diſtinctionū.
Lap.ab.id eſt,Lapus abbas doctor.
Lamb.de ramp.id eſt,Lambertus de rampōnibus.
Lud.de Ro.id eſt,Ludouicus de Roma doctor.
La.vel lau.id eſt , Laurentinus in gloſſis Decretalium.
Lib.id eſt, liber vel libro,ſecundū exigētiā cōſtructionis.
M.vel Mar.id eſt,Martinus doctor.
M.vel man.id eſt,mandamus.ſignanter quando litera q, ſequitur:ut M.q.id eſt,mandamus quatenus.
Mo.ca.præ.id eſt,monitione canonica præmiſſa.
Nic.Sic.do.id eſt,Nicolaus Siculus doctor, qui aliter dicitur Panormitanus,vel Panormita moderniſſimus.
No.& vet.teſt.id eſt,noui & veteris teſtamenti.
No.id eſt,nota.
Nota.id eſt,notatur.
Nouel.id eſt,nouella.
O.uel op.id eſt,opinio.
Ob.id eſt,obſtaculo.
Odo.id eſt, Odofredus doctor.
Ol.vel Old.id eſt,Olradus,vel Oldradus.
Oſti.vel Oſt.id eſt,Oſtienſis cōiter tamen per H dicitur.
Pe.id eſt,pœnitentia,uel Petrus,vel penultimo.
Penul.uel penult.id eſt,penultimo,

Paragraphus quia in ordine alphabeti non inuenitur abbreuiatus, cùm non ſit vna litera ſic ſolet ſcribi, §. vt quando capitulum vel aliqua lex eſt longa, tunc ad citius inueniendum textum allegatum ponitur in capitulo vel lege paragraphus vnus vel plures. Nota tamen ꝙ paragraphi sūt duplices,videlicet magnus & paruus:& paruus debet eſſe niger de encauſto in tali forma, §. & talis debet legi cum ſua determinatione ſequenti. hic autem cōiter ponitur in gloſſis vel in ſummis recollectis. Alius autem magnus ſic formatur. & debet eſſe de alio colore, .ſ.rubeo vel blaueo ſeu flauo.Et talis legi non debet: licet in legendo dum inuenitur vel dūm venit ad eum, pauſari debeat. & in corrigendo libros debet nominari, ut

apponatur ſi non ſit ibi.Nã certi textus & Summę diſtinctæ ſunt per tales:ita ꝙ allegatur primus,ſecundus &c. Si ergo non eſſent ibi,cõtingeret primum accipi pro ſecundo,& ſecundum pro primo , quod errorem induceret. & vnus ſcilicet §.paruus,ſignificat aliũ, videlicet magnum: & ſic apud logicos eſt terminus ſecundæ intentionis.
Præal.id eſt,præallegatus.
Prin.id eſt,principio.
Per to.id eſt,per totum.
Pri.id eſt,primo.
Prætex.id eſt,prætextu,hoc eſt occaſione.
Pau.de leaz.id eſt,Paulus de Leazaris , qui ſcripſit bene ſuper Clementinis.
Pet.de Bel.id eſt, Petrus de Bella pertica , doctor legum citramontanus Burgundus.
Pet.de Sam.id eſt,Petrus de Samprana.
P.vel Pla.id eſt,Placentinus doctor.
Prę.di.id eſt,præfulgeat dignitate:vt de teſti.in ca.licet ij.
Præ.id eſt,prętεrea.
Pa.id eſt,Papa.
Pomp.id eſt,Pomponius Imperator.
Q.id eſt, quæſtione,quando ponitur in cauſis Decret. vel quatenus,quando ponitur in textu Decretalium: maximè poſt mandamus:vt ſic,mandamus.q.
Ray. id eſt , Raymundus capellanus & pœnitentiarius Gregorij IX.de quo in principio Decretalium .
Re.id eſt,remota:vt ibi,ap.re.vt ſ.
Rof.id eſt,Roffredus doctor.
Rog.id eſt,Rogerius legiſta.
Re.vel Reſpon.id eſt, reſponſo vel reſponſio.
Re.id eſt,require,vel remiſſionibus.
Sali. id eſt,Salicetus doctor.
Sicu.ab.id eſt,Siculus abbas.
Se.ap.id eſt,ſedes apoſtolica.
So.id eſt,ſolutio.
Sa.ap.con. id eſt,ſacro approbante concilio.
Se.vel ſeq.id eſt,ſequenti.
Sequen.id eſt,ſequentibus.

S.vel

S.vel ſ. id eſt, ſuprà. Vnde quando aliquid allegatur in aliquo, quod priùs ante illum locũ habitum eſt in alio vel eodem libro, eiuſdem tamẽ iuris, videlicet aut Ciuilis aut Canonici, hoc allegatur ſuprà per ſ. breuem: ſed ſ.longa ſola.id eſt, ſcilicet.

Spe.id eſt, Speculum, liber magnus.

Spec.id eſt., ſpeculator author ſpeculi, ſcilicet Guilhelmus Durandi.

Sub.app.obſt. id eſt, ſublato appellationis obſtaculo: vt de teſt.cum olim.

Sac.aut.con.id eſt, ſacra authoritate Concilij: vt de iureiuran.nimis.

Tan.id eſt, Tancredus.

T.vel tit.id eſt, titulo.

Etiam t.id eſt, taliter.

Tho.id eſt, Thomas.

Vin.id eſt, Vincentius doctor.

Vincen.id eſt, Vincentius, etiam doctor.

Vb.de Bo.id eſt, Vbertus de Bobio.

Vlt.id eſt, vltimo.

V.ſola.id eſt, quinque vel quinta: vt v.q.v.

Vui.vel Vuil.id eſt, Vuilhermus, quod Italici ſcribunt Guilhelmus & Francigenæ Guilhermus.

Vui.Duran.id eſt, Vuilhermus Durandi.

Ver.id eſt, verſu, vel verſiculo.

Ve.id eſt, vetus. vt, ff. Vetus.

X.id eſt, decima.

XX.id eſt, uigeſima &c.

XC.id eſt, nonageſima. quia x. præpoſita c. quæ ſignificat centum, ſubtrahit ei x. ſicut etiam in xl. &c.

Zab.id eſt, Zabarella, videlicet dominus Franciſcus.

Con.vel conſ.id eſt, conſecratione.

§.id eſt, paragrapho vel paragraphis: de quo ſuprà latiùs dictum eſt.

Sunt & aliæ abbreuiaturæ de rubricis, tam legũ, quàm canonum maximè decretalium, de quibus patet j. Hæc autem de abbreuiaturis textuum, & gloſſarum, Summarum, & Lecturarũ vtriuſq; Iuris præter titulos nunc ſufficiant,

Legem ſuperiorum tollere nemo poteſt. ff. de arbi. l. nam magiſtratus.

Legatarius non poteſt eſſe teſtis in cauſa teſtamenti. ff. de teſta. l. qui teſtamentorum. inſt. eo. §. pen. Contra quia nemo teſtis in ſua cauſa &c. ff. de teſta. l. nullus. C. eo. l. l. omnibus.

Libertas omnibus fauorabilior eſt. ff. de reg. iu. l. libertas.

Libertas eſt res inæſtimabilis. ff. de reg. iur. l. libertas.

Libertas eſt naturalis facultas eius, qđ cuiq; facere libet, niſi vi aut iure prohibetur fieri. inſt. de iur. perſo. §. 1.

Leges ab omnibus debent obſeruari. l. 3. C. de leg.

Leges egent armis. ff. de rei ven. l. qui reſtituere.

Lex eſt cōmune præceptum, virorum prudentum conſultum, delictorum quæ ſponte vel ignorantia cōtrahuntur cohertio, communis reipu. ſponſio. ff. de legi. l. 1.

Legis virtu eſt imperare, vetare, permittere, punire, ff. eo. eo. l. lege.

Lex eſt quod populo Rom. ſenatorio magiſtratu interrogante conſule conſtituebat: inſt. de iur. nat. §. lex eſt.

Lex debet eſſe de bono, & de difficili vicem. l. Labeo. ff. ad Carb.

Lex eſt ſanctio ſacta, iubens honeſta, prohibens contra-

ria.l.nam & Demoſthenes.ff.de leg:cum ibi no.
Libertini ſunt,qui ex iuſta ſeruitute manumiſſi ſunt, inſti.de liber. in prin. & ff.de ſta.homi.
Legitimè factum nullam pœnam meretur. C.ad l.Iul.de adul.l.Gracchus.& C.de admi.tut. l.ſancimus.& ff.de reg.iu.l.nemo damnum.Sed contra. C.de ſecun.nup.l. 1.& in authen.l.quotiens,C ne tu.vel cu.l.1.& C.rem alienam gerentibus.l.1.
Longum tempus dicitur decennium, ff. de uſur. l.cum de in rem uerſ.in gl.ſuper verbo longe, & C.de præſcrip. lon.temp.10.vel 20.ann.in rub.
Latrones poſſunt quæſtionari die feriato forte die Paſchæ:& poſſunt condemnari. l.prouinciarum. C.de ferijs.Contra. l.3. C.de epiſcop. aud.ubi dicitur: omnia uincula diſſoluuntur die Paſchæ.
Liberum corpus non recipit æſtimationem.l.1.§.ſed cum liber.& l.fin.in fi.ff.de his qui deie. uel effu.& ff.ſi qua. pau.feci,dicatur,l.ex hac ſic.ff.de rerum diui. §.ſacra. & §.fina.
Libertas ſemel competens non poteſt retractari: inſti. de eo cui li.cau.§.hi autem quos.in fi.
Longe commodius eſt poſſidere quàm petere:inſti.de interdi.§. commode autem.
Lapis dicitur quaſi lædens pedem. Not. glo.inſti.de condi.in prin.
Longa dilatio non debet eſſe damnoſa. l. 2. §.omnes autem.ff.de iudi.
Leo eſt fortiſſimus beſtiarum, Not.glo.in auth.de nupt. §.2.colla. 4.
Largius expendit qui ſperat ſibi aliqua euenire. ff. de pe. hær.l. ſed & ſi.
Legũ correctio eſt euitanda.C.de appel.l. precibus.in fi.
Legatum eſt donatio quædam in teſtamento relicta.l.legatum.ff.de leg.
Licet mihi aliquis fraudem faciat non propter hoc alijs facere debeo.l.ſi pater eius. C.de nouationibus.
Libertas pręferenda eſt commodo pecuniario.inſti.de eo qui liber.cau.bo.adijciuntur.§.hij qui autẽ quos,in fi.

Lex eſt quotidiana ergo utilis. l.certe.§. fi.ff. de preca.& materia quotidiana eſt melius & ſubtilius examinanda.Bar.in l.1.in prin.ff.de ſuſpe.tuto.

Lex obſcura nobis inſidiatur.gl.in l.1. ibi legem inſidiantem. C. de no. co. compo. & nihil tam proprium legi quàm claritas.ut in auth.de teſta.imperfe. §.1.

Lex non facit quòd ea quæ ſunt non ſint: ſed fingere bene poteſt.l.2.ff.de uſu.ea.re.quæ uſu conſu.

Labor & pecunia diuiſionem recipiunt. l. Seio. §.1. ff. de annu.le.

Legibus & non exemplis iudicandum eſt, l. nemo. C.de ſen.& inter.om.iud.contra de c.afferte.de præſump. cũ vulg. ſolo. illud procedit quando exempla non ſunt à principe approbata ut in contrarijs.

Leges debent intelligi ſecundum ſubiectam materiam. l. quòd ſi quinto anno. ff.commo.

Lex quæ facit uim in uerbis, eſt in l.ſi quis Sempronium. §.ſi.de hæ.inſti.& tex.in c.ſolitæ.de ma.& obe.

Leges nobiliſſimos aperiũt theſauros. §.nos uero.ĩ phe.ff.

Leges dicuntur emanaſſe diuino quodam motu & ſubtiliſſimo animo.l.fi.C. de præſcrip.lon.tempo.

Leges ut conderent Deus de cœlo conſtituit Imperatores, §.quia igitur.in auth.de fi.inſt. col.6. c.quo iure.8. diſt.c.fin.16.quęſtio.3.Feli.in prohe. decreti.humanũ. in princ. Idem in c. eccleſia in is & ſeq.col.de conſtit. Abb.in c.ſuper.Spec.in pen.col.ne.cle.uel mo.Bald. in conſi.ſciſmatis.in 1.col.

Leges debent introducere quod ſit utile animæ, & auditui & corpori.§.cunq; hoc.vbi no.Ang.in prohe.inſti.

Lex aliquando fit de non dubio propter rudes.ca.1.de no. for.fidelit.l.quæro.ff.de nat.reſti.

Legi locus non eſt, ubi hæreditas ſoluendo non eſt. l. ſi quis ſolidum.ff.de hære.inſti.

Leges diuinitus per ora principum fuerunt promulgatæ. l.fi.verſi.ideo,quod enim. C.de præſcr.lon. temp. & in auth.de fi.inſtru.§.quia igitur.in prin.col.6.8.diſt.quo iure.& clarius.16. q.3.nemo.

Labor non debet eſſe ſine mercede.c.ibi adunati 7. q. 1.

& 12.q.2. charitatem. & in auth. de iudi.§. ne autem. colla.6.vbi dicitur ꝙ labor non debet eſſe ſine fructu.
Legitimatus dicitur filius abuſiuus: Bal.in l.Paulus.ff.de ſta. homi.
Lucrari dicitur qui rẽ ex arbitrio agit:licet diſpẽdiosè.gl. fi.in l.cum ſeruus. ff.de cond.cau.data cau.nõ ſequuta.
Loca non ſanctificant homines.c.non loca.& c.fi.40.diſt. & non ſatis eſt Hieroſolymis fuiſſe: ſed Hieroſolymis bene vixiſſe.c.gloria epiſcopi.12.q.2.& non ſufficit ſtuduiſſe niſi bene, vt eſt glo. in l. vnicuique.C. de proxi. ſacro ſcri.lib.12.
Lachrymæ debent eſſe arma clericorum.c.conuenior.23. quæſt.8.
Lata culpa eſt ignorare.ff.de ver.ſig.l.latæ culpæ,& l. leges ſacratiſſimæ.C.de legi.

M

MEdium eſt eligendum , in auth. de conſul. circa prin.col.4. vnde dicitur mediũ teneure beati, & facit ad hoc.ff.de offi .procõ.l. ſolent.§.j.in ſti. de re.di.§.cum ex aliena materia.
Mos maiorum eſt ſeruandus.l. more maiorum.ff.de iuriſ. om.iud.& C.de teſta.l.teſtamento omnia.iuncta.l.maximum vitium.C.de lib.præte. & exhæ.
Minime ſunt mutanda quæ interpretationem ſemper habuerunt certam.l.minime.ff. de leg.
Manumiſſio libertatis eſt datio.ff.de iuſti. & iure.l.manu miſſiones.
Minor 14. annis non poteſt eſſe iudex.l. quidam conſulebant.ff.de re iudi.
Mutus,ſurdus,abſens,nõ poſsũt ſtipulari.l.j.ff.de ver.ob.
Melior eſt conditio poſſidentis.C. de rei vend.l.fin. inſti. de interdic.§.commodè,& ff.de verb.ſigni.l.ſi ſeruum.
Momentanea poſſeſſio dicitur quæ parum poteſt durare penes poſſidentem:quia ſtatim poteſt agi contra ipſum iudicio poſſeſſorio.ff.de acqui.poſ.l. non videtur.
Multum facit oculorum inſpectio.l.ſatiſque. in fi.ff.de in ius voc.& ff.de acqui.poſ.l.quod.§. ſi venditorem.
Mulier eſt auara: Nã facilius ſe obligat quàm alicui donet,

net.l.ſed ſi ego in fi.ff.ad ſe.con. uel ibidem not. glo.ꝙ genus mulierum eſt auariſſimum in donando.C.de do nat.ante nupt.l.ſi à ſponſo. ff.de donat. inter uir. & uxor.l.ſi ſtipulata. in fi.
Mulier eſt ſagacior.l. 2. §. fœminas.C. de his qui ue.æta. impe.& ibi no. glo.quòd mala herba cito creſcit.
Mulieres ſunt loquaces. ff. de poſtu.l.1.§. ſexum.
Mulieres ſunt falſæ,fragiles, & corruptibiles. ff.de teſta.l. qui teſtamento.§.mulier.inſti.de teſta.§.teſtis.
Mulier minus audet quàm maſculus.C.ad leg.Iul.maieſta.l.fi.§.ad filias.
Mulieres non poſſunt accuſare, niſi res ad eas pertineat.l. ſequi.C.qui accu.poſ.
Mulieres non poſſunt poſtulare.l.1.§. ſexũ. ff.de poſtula.
Mulier nõ põt eſſe procurator.ff.de procu.l.neq; fœmina.
Mulieres non poſſunt pro alio interuenire. l. 1. ff. ad ſe. con. Vel.niſi in ſex caſibus poſitis.in l.1.in glo.ff.eo.tit.
Mulieres ſunt remotæ ab omnibus officijs publicis,vel ciuilibus. ff.de re. iu.lib.2.
Mulier non poteſt eſſe iudex.l.cum prætor.§.non autem. ff.de iud.
Mulier non poteſt eſſe teſtis in teſtamento.ff.de teſta.l.in teſtamento.§.mulier.
Mulier debet præſtare operas, & ad illud officium deputatur.ff.de oper.lib.l. ſicut.
Mulier in poteſtate ſua liberos non habet:inſtit. de adoptio.§.fœminæ.
Mulier nullam diſcretionem habet. ff. de iu. l. cum prætor.§.non autem.
Malitijs hominum obuiãdum eſt.ff.de rei vend.l.in fun. alie.§. penul.vide omnino ornatum ad iſtam regulam per Hyppo.ſingul.ſuo.127.
Morte extinguitur crimen.l.1.C.ſi re.vel accu. mor.fu.
Minores 25.annis hæredes ſcripti non tenentur vindicare mortẽ teſtatoris, ſi teſtator ab aliquibus interfectus fuerit.l.minoribus.C.de his qui.vt indi.ſecus ſi maiores eſſent.25.an.quia tenerentur vindicare mortem teſtatoris:vt in ea.l.minoribus. §.quòd ſi maiorum,& ſi.

vnus illorũ qui interfecerunt teſtatorẽ fuerit accuſatus & appellet: tunc maiores hæredes ſcripti tenentur defendere appellationem. ibidem.

Maritus cõmittit lenociniũ duobus modis. Primo, quando vxorem ſuam vendit. C. de condi. ob tur. cau. l. mercalem. Secundo modo, quando maritus vxorem condemnatam de adulterio habet: vel ſciens eam adulterã retinet. ff. ad leg. Iul. l. 2. §. 1. & l. mariti. C. eo. tit. l. 2.

Maior 14. an. poteſt facere teſtamentum. ff. de teſt. l. qua ætate, & inſti. qui. cau. ma. non licet. §. cum ergo certus modus conſtitutus.

Mulier grauida excuſatur ſi non venit ad iudicium, licet non ſit valetudine impedita. l. 2. §. ſi non propter. ff. ſi quis cau.

Meretrix non eſt infamis: no. glo. ff. ſi quis à parentibus fuerit ma. l. Panconius, quod intellige in infamia facti eſſe verum: ſecus in infamia iuris. vt ibi nota.

Mutus, ſurdus, furioſus, impubes non poteſt eſſe iudex. ff. de iudi. l. cum prætor. §. non autem.

Mulieres non debent conueniri ob culpam maritorum, l. 2. C. ne vxor pro ma.

Melius eſt nocentem dimittere quàm innocentem puniri. ff. depo. l. abſentem.

Melius eſt pauca cautè agere quàm multis intereſſe periculoſe: in auth. de tabellio. circa medium. col. 4.

Monachi licet dicantur oues: tamen quandoq; dicuntur lupi rapaces. no. glo. in epiſtola inter claras, & illa parte reddentes, verſ. omnes vero ſacerdotes. ſuper verbo archimandritæ. C. de ſum. tri. & fi. cat.

Melius eſt pignori incumbere quàm in perſonam agere, inſt. de fur. §. furti autem.

Melius eſt intacta iura ſeruare, q̃ poſt cauſam vulneratã remediũ quærere. C. in qui. cau. integ. reſtit. l. fi. & C. quando vnicuiq; licet. ſic in l. 1. glo. in c. ſuſcepimus, de homi. Maria. in c. ſententiam. q. 24. in fi. ne cle. vel mo.

Melius eſt delinquere in faciẽdo q̃ in omittẽdo l. Iul. §. 1. ff. de act. emp. & l. ſi ſterilis. §. cũ per vẽditorem. eo. tit.

Mulier dãnauit & ſaluauit. in auth. vt lice. ma. & aui. gl. fi.

Malum

Malum eſt peccare:diabolicum perſeuerare.not. glo. C. quomodo & quãdo iudex ſeri.fer.de.l. conſentaneum.

Medium tenuere beati : in auth.de conſul.in prin. col.4. ff.de offi.proconſul.l.ſolent.§.fi.& inſti.de re.di.§.cum ex aliena.& inſti.ex qui.cau.ma.non licet.§. pen. glo. in l.1.verſi.Labeo.ff.de aqua plu.ar.

Malum exemplum debet reprobari.l.obſeruandum.ff. de iudi.& ff.ad ſe.con.Macedo.l.1.

Multa impediunt contrahenda quæ non impediunt iam contracta,ff.de his qui ſunt ſui vel alie. iu.l.4. §. patre furioſo.adde tex.in l.1.ff.de ferijs.Contra de.l. non dubium.C.de legi.& c.vides 10.diſt.

Mala herba cito creſcit.no.gl.C.de his q ve.ęta.imp.l. 2.

Manifeſta probatione non indigent,l.ſi uero.§.1.ff.qui ſatiſda.cog.& ff.de act.emp.l.exẽpto.in fi.primi reſponſi. & ff.de do.præleg.in fi.& C.de accuſ.l. ea quidem.

Mulier non poteſt eſſe teſtis in teſtamento. ff. qui teſta. fa.poſ.l.qui teſtamentum.

Materfa.dicitur quæ eſt notæ authoritatis, & honeſtè viuit in domo ſua,ff.de lib.exhi. l.3.§.fin.& ff.de his qui ſunt ſui aut &c.l.nam ciuium.

Minor 14.an.non poteſt teſtari,l.qua ætate. ff.de his qui teſta.face.poſ.

Melior conditio domini per ſeruos fieri poteſt, non deterior,ff.de re.iud.l.melior.

Melius eſt habere actionẽ q̃ rem, ff.de reg.iu.l.minus eſt.

Matrimonium eſt viri & mulieris cõiunctio indiuiduam vitæ conſuetudinem retinens:inſti.de pa.po.§.1.

Mulier quæ mortem filij vult perſequi, prius debet probare ſe matrem,l.non ignorat.C.qui accu. non poſ.

Maior caſtitas requiritur in muliere quàm in viro, C. ad ſen.Orfi.l.ſi qua illuſtris.in authen.quomodo oportet epiſcop.& cle.&c.§.oportet.col. 1.

Mors omnia ſoluit.in auth.de nup.§.deinceps.col.4.

Miles non põt aliquem accuſare niſi ſuam vel ſuorũ iniuriã proſequatur,l.non prohibetur.C.qui accu.nõ poſ.

Miles nõ poteſt eſſe procurator,l.militem.C.de procur.

Miles magis ſcire debet arma quàm leges.l. ſancimus.

§.ex omnibus.C.de iur.delib.
Melius poteſt quis videre alienũ errorem quàm ſuum:vt patet in ludo de ſcachis:nã melius videt qui ibi aſſiſtit quàm luſor.no.gl.l.error.in fi.gl.C.de iur.& fac. igno.
Mandatum contra bonos mores non eſt obligatorium. in ſtit.man.§.illud quoque.
Mandatũ re integra ſola reuocatione finiri poteſt, inſtit. man.§.recte quoque.
Mandatum debet eſſe gratuitum:inſti.eod.§.fin.& l.1.§. mandatum.ff.eod.
Milites non poſſunt eſſe aduocati:inſti.de except. §. pen. quia debent intendere vel vacare circa arma. C. de iu. delibe.ſan.circa prin.
Mulier tranſiens ad ſecundas uota tria optima neglegit: Deum,defuncti memoriam,& filiorum charitatem:in auth.de nupt.§.nos autem iuramus.col.4.
Minus tribuit qui nihil tribuit.no.inſti.ꝙ cum eo qui. §. cum duas,& ff.de tribu.l.illud.§.ſi cuius dolo.& ar.de verb.ſig.l.minus,& l.verbum amplius.
Minus peccat qui illicita docet,quam qui addiſcit.l.2.C. de hære.
Mandatum ſuſcipere liberum eſt: ſuſceptum autem conſumandum eſt:inſti.manda.§.pe.
Milites dicuntur defenſores noſtri domini.l. ab hoſtibus. C.de poſtli.reuer.& redem.ab hoſti.
Miles autem appellatur à militia : ideſt, duritia ; quam pro nobis ſuſtinent.l. 1.ff.de teſta.mi.§.vlt.
Mala electio eſt in culpa.l.item videdum. ff.de pe. hære. & ff.de neg.geſt.l.nam & ſeruus.§.fi.
Metus eſt inconſtantis vel futuri periculi cauſa : mentis trepidatio.l.1.§.metus,ff.quòd met.cau.
Multa priuilegia dantur aduocatis.l.ſancimus.C.de aduoca.diuer.iudi.
Morte nihil certius eſt: nil vero incertus eſt eius hora. l. 1.ff.de condi.& demonſt.
Modus ita exceditur in eo quod eſt amplius,ſicut in eo quod eſt minus.c.cuſtos.de officio cuſtodis.l.1.diſ.qui in aliquo 45.di.diſciplina,41.di.quiſquis,& ff. de pe.
reſpi-

reſpiciendũ.C.de cu.& ex.re.ſiquis, in ſi.& de vita & honeſt. cleri.c.clericus,& ſic media uia tenenda eſt,unde uerſus:Cum media ſemper gaudebã ludere forma. Maior.n.medijs gratia rebus ineſt.& illud:inter vtrũq; vola,medio tutiſſimus ibis:& medium tenuere beati.

Melius eſt pauca idoneè effundere quã multis inutilibus corda hominum prægrauare.l.tãta.C.de vete.iur.enu.

Melior conditio noſtra per ſeruos fieri põt, deterior fieri non poteſt.l.ſeruus.C.de pac.l.melior.ff.de re.iur.

Maturius mihi ſcribas rogo,tex.l. miles.§. quidam. ff.de adult.

Manus ſtrictio ſignificat vnionem, & ſignum pacis.c.fundamenta.vbi gl.de elec.lib.6.

Mora ſua cuilibet eſt nociua.regula iur.mora lib.6.

Mutare conſilium quis non poteſt in alterius detrimentum,eo.tit.& lib.

Melius eſt non ſoluere quàm ſolutum repetere.l.3.ff. de compenſatio.

Mulier incontinens eſt dedecus totius agnationis,tex.eſt in l.1.C.de ſena.conſul.Clau.tol.

Mulier dum meretrix nõ eſt,inhoneſtum facit,ſi quid inhoneſti faciat;ſed quãdo meretrix eſt honeſtum facit: quia ea quæ meretricis ſunt facit.l.3.§.ſed quod meretrici.ff.de condi.ob tur.cauſ.

Mulier in quinquageſimo anno perdit fœcunditatem.l.ſi ſterilis.§.1.ff.de ac.emp.Cõtra de.l.ſi maior.C.de leg. hære.vide Soci.conſi.126.in prin.col.3.lib.

Mater multum amat filium.l.j.ff.de Car.edic.

Mixtum ſub ſimplici continetur.l.2.in prin.ff.de ver. ob. Contra de l.ſi ita quis.ff.de lib.& poſthu.

Mandatum habens ad petendum pecuniam videtur habere mandatum ad ſolutionem recipiendam.l. quòd ſeruus,& l.ſi ſeruus.ff.de ſolut.Iaſ.poſt Alex.in l.filius.in 2.col.C.de pactis.

Magiſter nobilior fit per ſcholarem, pater per filium,& præſes per ſubiectos:in auth.conſt.quæ de dig.§. generaliter.vbi gl.in verb.nobiliores, & honor eſt magiſtro habere optimos ſcholares,in gl.prohe.ff.§.accipite.

Meretrix dr̃ illa q̃ duos tm̃ admiſit cauſa q̃ſtus.l.palã, ff. de rit.nup.do.Abb.in c.cũ decorẽ,cir.fi.de vi.&ho.cle.
Meretrix mater,filiam meretricem exhæredare non poteſt.l.in arenam.vbi Bar.C.de inof.teſt.
Mutari dicitur teſtamentum,vbicunque aliquid additur. tex.in l.idem eſt.ff.de teſta.milit.arg.contra de l.hæredes,ff.de teſtamen.
Multitudo oneroſa nil habet honeſti.c.cum ſit. de æta. & quali.in auth.de refe.§.1.col.2.Contra de c. extra con ſcientiam.64.di.& cap.prudentiam,de of.dele.& l. fin. C.de fideicom.ubi no. per ampliores homines perfecta veritas reuelatur.
Melius eſt partem habere quàm toto priuari.inſt. ad leg. Falci.§.ex diuerſo.
Mens retenta nihil operatur.l.ſi repetendi. C. de condit. ob.l.ſi maiores,C.de tranſac.
Merum dicitur ab omni alia re ſeparatum.l. qui res.§. in romæ,& ibi glo.ff.de ſol.l.ſic,vbi Moder. poſt Ang. de leg.1.gl.in §.1.in uer.à mero.de diui.ſtip.inſti.p Iaſ.in l.ſtipulationũ aliæ.in prin.per illum tex.ff. de ver. ob. Adde Pau.de Caſt.in l.Imperium.ff.de iur.om.iud.
Matrimonium contrahens ſupponit ſe fortunæ ſicut nauigans gl.1.in c.nos.nouimus.17.q.2.
Malos mores infirmitas animi non excuſat.l.1.C. ſi aduerſ.delict.
Mitius agitur cum lege quàm cum eius miniſtro.l.& ſi poſt tres.ff.ſi quis cau.& l.Celſus.ff.de arbi.Contra de l.ſi fœmina,ff.de arb.& l.ſi tamen.§.pe.de compenſ.de l.ſi libertus,ff.de iurepa.vbi alienatio facta in fraudem hominis tenet.Pro reſolutione vide,d.Car.in cle.conſtitutionem.§.inſuper.in 1.q.de elec.per Iaſ.in §. item ſi quis in fraudẽ.in 2.col.de act. inſt. & Decius format etiam contrarium in l.imaginaria.ff.de reg.iur.
Mala ſimpliciter ſunt magis deteſtanda quã mala ſecundum quid,ff.de contrah.empt.l.ꝙ ſæpe.§.ueneni mali.
Mandatũ intelligitur,ſecundum,ꝙ dñs conſueuit mandare.l.Titianus,ff.ꝙ cum eo.Bal.in rub.de proc.in 3. col.
Monachus antiquitus habebat proprium,glo.per text.ibi

in

in l.ſi quis præsbyter.C.de epiſ.& cler.

Mille hominum ſpecies,& rerũ diſcolor uſus, Velle ſuũ cuique eſt nec uoto uiuitur uno:Perſius,& gl. in l.Barbarius,ff.de offi.præto.gl.ſi.

Mores boni potius & prius attendi debent,quàm diuitiæ, & dignitates quę non ſunt ita ſufficientes: ut in l.ſcire.§.cum reliquis,ff.de tut.& cur.dat.ab his.

Mores poſteriòres derogant prioribus.Bal.in l. ſi filia, ff. de inof.teſta.

Mors eſt caſus fortuitus.l.licet.C.de pac. l. interdũ, ff.de iudi.l.2.§.ſi eo tempore,ff.de admi.re.ad ciui. pert.

Magis expreſſe credendum eſt teſtibus deponentibus, & affirmantibus, quàm illis qui non expreſsè affirmant. iuxta notata in l.teſtium.C.de teſti.cum ſimi.

Magis credendum eſt teſti deponenti de viſu quam deponenti dè auditu:ar.eorum quæ not.in l.teſtiũ,C. de teſti.& in c.cũ cauſam,el primo,extra de teſti.cum ſimi.

Melius eſt eſſe popularẽ unius nobilis ciuitatis quã nobilẽ eſſe mediocris ciuitatis,ita Bar.ĩ l.1.C.de Alex. prima.lib.11.per illũ tex.& illud dictũ Bar.in d.l.1.extollit Lud.Ro.ĩ rep.l.ſi uerò,§.de uiro,ĩ 14.fall.ff.ſo.ma.

Multa promittuntur cauſa neceſſitatis quæ alias nõ promitterẽtur,c.ſi quis propter,de fur.cum multis ſimi. ut per Iaſ.in l.1.in 20.col.ff.de offi.eius cui man.eſt iuriſ.

Mulierum genus auariſſimum eſt in donando,l.ſi à ſponſo.C.de dona.ante nup.& ff.de dona.inter vi.& vxo.l. ſi ſtipulata.in ſi.

Mendacium nemini nocens,non eſt punibile,ita Bal.in l. ſi.per illum tex.ff.ꝙ cum fal.tut.quia ut inquit Sal. in auth.contra qui propriã.col.3.in prin.C.de nõ nu.pec. mẽdacium,quod alteri non nocet cenſetur negatoriũ.

Magiſter debet eſſe humilis & benignus auditoribus, & humiliter docere non cum auſteritate & potentia, ut 46.diſt.habet hic.l.obſeruandum,ff.de offi.preſi.& l.illicitas.§.ne potẽtiores,cũ no.eo.ti.& nimia ſęuitia pręceptoris culpæ cõparatur.ff.ad leg.Aqui.l.præceptoris.

Magis quis eſt laudandus in eo quod acquirit ex ſua virtute & induſtria, quàm in eo quòd naturaliter, &

ex

ex ſucceſſione ſibi peruenit, in quo non oportet nos lau dari ne 95 vituperari, gl.no.eſt i l. expreſſiſſet.ff.de capt.
Malus per pœnitentiam emendatus, vlterius malus nõ di citur.l.quòd ita.ff.de ædil.edic.& c.teſtimonio.de teſti. & no.per Io.An.in c.ſemel malus.de reg.iur.lib.6.qua ſi dicatur nouus homo renouatus.50.diſt.c. ferrum.
Miſericordia eſt rigori anteponenda: vt extra de ſortile. c.2.C.de iud.l.placuit.& præceptum miſericordiæ om nibus eſt cõe.vt 86.diſt.non ſatis. Et ſentẽtia quæ miſe ricordiã vetat fugienda eſt, vt 50..diſt. ponderet. in fin.
Monachus qui non habet curam animarum, non poteſt dare pœnitentiam alicui parochiano etiam cum licen- tia proprij ſacerdotis: hoc enim pendet ex cura anima- rum. Et ideo nulli Sacerdoti hoc licet ſine licentia pro- prij Epiſcopi. ita Arch. in c.j.prope princ.16.q.1.
Mulieres bonæ, philoſophis hodiernis poſſunt comparari, qui rari ſunt.vt l.ſed & reprobari.ff. de excu. tut.
Magnificus dicitur Rex, & magnificentia Epithetõ eſt re gi conueniens.tex.eſt & ibi Abb.in c.nouit.de of.leg.& Ioan.And.in c.grandi.de ſup.neg.præla.in 6. Venetijs autem omnes dicuntur magnifici, quaſi omnes ſint ma gna facientes.
Magis dignum trahit ad ſe minus dignum.c.quod in du- bijs.de conſe.eccl.vel alta.
Merces fœlicitatis non acquiritur niſi per laborem virtu- tis.c.ieiunium.circa prin.de conſe.diſt.5.

N

NObis inuitis res noſtras alius detinere non debet. ff.ſol.mar.l.ſi filiusfa.§.maritum.in fi.
Nemo videtur dominus membrorum ſuorum.l. liber homo.ff.ad leg.Aquil.
Nobilior præſumptio in iure eſt accipienda.l.merito.ff. pro ſoc.l.Quintus.ff.de do.inter vi.& vxo.ff.de re iu.l. ſemper in dubijs.Cõtra.ff.de le.2.l.vnũ ex familia.§.fi.
Nemo poteſt eſſe iudex in ſua cã.l. qui iuriſdictioni.ff.de iur.om.iu.& C.ne quis in ſua cauſa iudicet. per totũ.
Nemo poteſt eſſe teſtis in ſua cauſa.l.nullus.ff. de teſti.& C.eo.l.omnibus.

Nuptias

Nuptias non cõcubitus:ſed cõſenſus facit,ff.de cõd.& de mon.l.cui fuerit,& ff.de re.iur.l.nuptias.

Nemo de domo ſua inuitus extrahi debet.ff. de reg.iur.l. nemo.concor.ff.de in ius uocan.l.plerique. intellige in ciuilibus,ſecus in criminalibus, & hic tenet gloſ. per tex.in authen.ut nulli iud.§.quoniam. Nam domus tutiſſimum cuique refugium,atque tabernaculum eſt,& receptaculum.ff.de in ius voc.l.plerique.

Nemo rem ſuam emere poteſt,ſiue ſciat eſſe ſuã ſiue ignoret,l.ſuæ rei.ff.de contrahen.empt. ſed ſi ignorãs emit, poterit repetere quod ſoluit: qa nulla fuit obligatio.

Neceſſitas non habet legem.l.vnica.ff.de offi.conſu.& ff. de excu.tu.l.non ſolum.§.ſi.ff.de offi procõſ.l.aliquando.cum multis alijs.c.ſicut non alij.de conſe.diſt. 1.

Neceſſitas officij aliquid excuſat.l. quartum. ff. de in ius voc.ff.de his quib.ut indi.l.tutorem.

Nemo inuitus agere uel accuſare cogitur. C.ut nemo inuitus & c.in rubro & nigro.

Nemo ex alterius contractu obligatur.l. pen.in fin. C.ne vxor pro ma.uel econtra.

Nemo ex alieno conſilio obligatur.ff.de pœ.l.1.§.ſi uero ſuaſeris,& ff.man.l.ſi & enim.l.ſi.& inſt.e.§.tua gratia interuenit.

Nõ nocet cogitatio,niſi ſequatur effectus l.j.in fi.ff.quod quiſq; iur.& ff.de pœ.l.cogitationis pœnam.Cõtra C. de fur.l.ſi quis.& C.de epi.& cle.l.ſi quis non dicam.

Non debet nocere alij quod inter alios actum eſt,l. nam & poſtea.in ſi.ff.de iureiur.

Nec maſculus nec fœmina per ſe ſufficiens eſt ad propagationem liberorum faciendam,in auth. de trien.& ſemiſ.§.& hæc omnia,in ſi.colla.3.

Nemo in neceſſitatibus liberalis extitit, ff.de adi. legal. rem legatam.in ſi.

Non ualet reſponſio quæ lege non probatur. not. glo. in authen.de trien.& ſemiſ. §.conſideramus.colla. 3. ſuper uerbo erubeſcimus.

Non poteſt uideri deſiiſſe habere qui nunquam habuit. l. non poteſt.ff.de reg.iur.

Non

Non debet ei ſuccurri qui neceſſitatem ſibi imponit.l.ſi fideiuſſor.§.pe.ff.qui ſatiſ.cog. & ff. ſi quis cau.l.2. §.ſi quis tamen.& ff.qui ſatiſ.cog.l.de die.§.fi.& C.de act. & ob.l.ſicut.

Negligentia vnius alteri non debet nocere.ff.de euict.l.rē hæreditariam.in fin.ff.de tranſact.l.3.ff.ad Sillei.l.fin.

Non debet via aperiri maleficijs.ff.de Carb.edi.1.§. l.ſed & ſi quis.ff.de li.cau.l.ordinata.ff.de litig.l.j.§.ſi inter.

Nemo ius ſibi dicere debet, C.ne quis in ſua cauſa ius ſibi di.in rubro & nigro.ff.de iud.l. Iulianus.ff. de iuriſ. om.iu.l.qui iuri.& l.ſi quis in tantam.C.vnde vi.cōtra ff.quod met.cau.in fi.& ff. de arb.l.pen.

Non debet diſcooperiri vnum altare vt alterum cooperiatur c.cum cauſam.de præben.in antiquis.l.aſſiduis. C.qui pot.in pig.hab.

Nemo alieno odio debet prægrauari.C. de inof.teſta.l.ſi quis.§.1.& C.de pœ.l.ſancimus, & eſt regula iur. in 6.& de ſi.c.nobis.

Non licet variare.l.ſi cui.ff.de ſerui. & ff. de aqua quoti. & æſti.l.fin.

Non eſt nouum vt lex quibuſdam ſpecialiter numeratis generale verbum ſubijciat.l.ſi ſeruus ſeruum.ff.ad leg. Aquil.§.inquit.in fi.& C.de ſacroſa.ecc.l.generaliter.

Non videtur petijſſe qui per exceptionem remouetur à petitione.ff.de rēg.iur.l.non videtur.

Nihil eſt qđ lumine clarius refulgeat quàm recta fides ī principe.C.de ſum.tri.& ſi.ca.epiſt.inter claras.ī prin.

Nihil eſt tam ſtudioſum in omnibus rebus quàm legum authoritas.C.de vet.iur.enucl. in princ.

Nomina debent eſſe conſonantia rebus,inſtit.de dona.§. eſt & aliud.

Non ſufficit abſtinere à malo, niſi fiat quòd bonū eſt: in auth.de no.for.fide,circa mediū.col.10.& idem no.gl. ff.de iuſt.& iu.l.iuſtitia.§. iuris præcepta. ſuper verbo tribuere.& inſt.eo.§.ſuper verbo ſuum, & in cle.cupiē tes.§.1.de pœn.& 32.q.5.c.de forma.

Nemini facit iniuriam qui ſuo iure vtitur.ff. de reg. iuris l.nullus.

Non

Non ſolent quæ ſuperabundant uitiare ſcripturã.ff.de re. iu.l.non ſolent.& l.vſuras.ff.de uſur. Contra.ff.de reg. iur.l.actus.& inſtit.qui da.tut.poſ.

Non poteſt uideri improbus qui ignorat quantũ ſoluere debeat.ff.de reg.iur.l.nõ põt uideri.Cõcor.l.ſi reſiduũ. C.diſtract.pigno.& l.ſi teſtamen.ff.de condi.& demon.

Non eſt indulgendum malicijs hominum. ff.de rei vend. l.in fundo alieno.§. penult.

Nemo præſumitur iactare ſuum.ff.de proba.l.cum de indebito.§.1.

Non licet accuſato de pari uel minori crimine reaccuſare.C.qui accu.non poſ.l.neganda pendente cum prima actione,niſi ſuam uel ſuorum iniuriam proſequatur.

Non uult eſſe hęres,qui hæreditatem ad alium trãsferre uoluit.ff.de reg.iur.l.non vult.

Non debet actori licere quod pro eo non permittitur. ff. de reg.iur.l. non debet.

Nemo plus iuris ad alium trãsferre poteſt quàm habet.ff. de reg.iur.l.nemo plus.

Nemo uidetur conſentire qui errat.ff.de re.iur.l.non põt.

Nemo alieno nomine agere poteſt.ff.de reg.iur.l.nemo.

Nemo poteſt dolo carere ubi imperio magiſtratus non obtemperat.ff.de reg.iur.l.nemo poteſt.

Nihil dolo facit qui ſuum recipit.ff.de re.iur.l.nihil.

Nemo ex ſuo delicto meliorem ſuam conditionem facere poteſt. ff.eo.l.nemo.

Negans non tenetur probare.l.2.ff.de proba.

Non omne quod licet honeſtũ eſt. ff.de re.iu.l.non omne.

Non debet alteri per alterum iniqua conditio afferri. ff. eo.l.non debet.C.de tranſactio. l.tranſactio.

Nolenti agere non currit præſcriptio. C. de inoffi.teſtamen.l.contra maiores.

Nemo inuitus cogitur ſuſcipere procuratorium.l.inuitus. C.de procura.

Non euadit quis pœnam delicti ſi mandato alterius fecerit.C.de accu.l.non ideo.

Nemo poteſt habere duas uxores, l. eum qui. C. ad l.Iul. de adul.

Non eſt licitum fideiuſſori emere rem debitoris pro quo fideiuſſit.l. fideiuſſor.C.de diſtract.pig.

Nihil actum credimus dum aliquid eſt ſuperagendum. l.cum Syllanianum. in fi.C.de his qui.ut indi.vide lo. de Pla.per illum tex.in l.cum procurator.C.de metal. & metal. lib.11.

Nemo compellitur ire ad iudicium die feriato.ff.ſi quis in ius vo.non ierit.l.2.in fi.&.C. de ferijs.l.omnes.

Nemo debet iterrogari de cõſciẽtia aliena.C.de accu.l.fi.

Non probat hoc eſſe quod ab hoc contingit abeſſe. C.de proba.l. neque natales.

Nulli credi debet ſe habere mandatum principis; niſi oſtenderit literas principũ.l.vnica. C.de manda. prin.

Nemo debet mutare conſilium in alterius iniuriam. ff.de re.iu.l.nemo.C.de neg.geſt. l.fi.

Non videt ré amittere cuius propria non fuit. ff.de re.iu. l.nõ videt.ff.ſi qui.mo.vſu.amit.l.1. §. ſed ſi ita demũ.

Nemini debet abſtrahi ius ſuum:inſti.de his qui ſunt ſui &c.§.fin.

Negligentia,cum negligentia compenſatur.ff.de compen. l.ſi ambo.in prin.& c.pœna pœnæ.ff.de re. iur. l.compar.§ fina.

Nemo ex ſuo dolo debet lucrari. l. non debet. in fi . ff. de dolo malo.

Nemo defenſor in aliena re ſine ſatiſdatione : inſtituti.de ſatiſda.§.ſi verò in perſonam.

Nemo debet eſſe negligens in ſuo officio. ff.de excuſ.tu. l. ſi duas.§.nemine.& ff.de admi.tu. l.cum plures nimiũ. & ff.de offi.præſi.l.diuus Marcus.in fi.

Negligentia omnia lædit. in auth.de quæſto.§.ſed & pigritiæ.col.6.& C.de colla.l. penult.

Non debent melioris conditionis eſſe male agẽtes quàm bene.ff.de noxa.ac.l.non ſolum. pro hoc gl.circa prin. glo.l.1. C.credi.euict.non te.

Nefas videtur eſſe nulla præfatione iudici rem exponere. ff.de orig.iuris. l.1.

Nefandum eſt aduocatos ſine aliqua præfatione loqui. l. prædicta.ff.eo.

Non

Non uidetur res reddita, quę deterior facta redditur. l.3. §.1. ff.commo.

Nō eſt ſtandū omnino præſūptioni:no.gl.in l.res hæredi tarias.ff.de cri.expi. hære.& C.res inter alios acta.l.1.

Noua placent.no.in prohemio.ff.§.in ſecundo autem anno.ſuper uerbo quia noua.

Nihil eſt quod nequeat actioni ſubijci quàm uera religio.C.de ſū.tri.& ſi.ca.epiſtola inter claras.circa prin.

Nihil debet eſſe ſuperfluum in legibus: ar.in l. ſi quando. ff.de le.2.adde tu tex.ſingularē in l.1. ff. quòd ma.cau.

Nemo debet eſſe nimis credulus. l.fi. in prin. C. de accu. l.1.§.1.de eo per quem factum fuit quo minus.l.4.§ ſi accepi.ff.de in rem uer. uide quæ dixi ſuprà in uer.alia quis.fo. 2.

Nolite inebriari uino. l. omne delictū p vinū.ff.de re mi.

Nolite iudicare & non iudicabimini:& illud,qua mēſura menſi fueritis remetietur uobis, no.glo.l.rem non nouam.§.eod.C.de iudi.ſuper verbo iudicabuntur.

Nihil tam naturale quàm vnumquodque diſſolui eo genere quo ligatū eſt.ff. de reg.iur.l.nihil.& ff.quādo lib. ab emptio.diſce. l.1.

Nota reddenda ſingula ſingulis.inſti.de duo. reis.§.pe.

Non imputatur ei aliquid ſi non facit,quod ſi facere vellet non poſſet:no. glo.in l.cum quidam.§. ſi pupillo.ff. de uſur.& l.pecunię.in fi.eo.tit. & ff. de arbi.in fi.C.de anna.exce.l.1.ī fi.ff.ad l.Iul. de adul. l.ſi maritus.ī prī.

Nomina & uerba trāſpoſita idē ſignificāt.l.prępoſteri.C. de teſta.& l.cum poteſt.§.fidei tuę cōmitto.ff.de leg.2.

Nil refert quid ex ęquipollētibus fiat. C.de inſt.& ſubſti. l.ſi modo,& C.de dona. quæ ſub modo.l. fin. Contra de.l.cum pater.§.hæreditatem. ff.de lega.2.uide limitationē per Corſe.in reperto.in uerſi.formæ ad unguem.

Non minor eſt uirtus quàm quærere parta tueri. Not.gl. C.de no.co.confir. ſuper uerbo poſita.

Non faciunt molles ad fera bella manus. Not.glo.de exce.l.3.in fi.glo.& glo.in uer.poſita. C.de no.co. confir.

Nihil magis bonæ fidei congruit quàm id præſtari quod inter contrahentes actum eſt.ff.de ac.emp.l.emptio.

Noxa

Noxa caput ſequitur.inſti.de noxa.§.omnes autem.
Nullus videtur dolo facere qui ſuo iure vtitur.l.quod & lex.§.1.ff.de lib.ho.exhi.l.fluminum.§.j.ff.de dã.infe.
Non videtur vim facere qui ſuo iure vtitur.l. non videtur.ff.de reg.iur.
Nihil doloſus doloſo tenetur.ff. de dolo l. ſi diuus. ſecus tamen ſi tibi feci damnum in vna re, tu mihi in alia, quia ambo agimus.ff.de noxa.l.quædam.§.1. & argu. ff.de vi & vi ar.l.colonus.eſt tex.in l.tutor.§.liberti.ff. de ſuſpe.tut.
Nimia ſæuitia culpæ aſſignatur.l.preceptorũ.ff.ad l.A qu.
Nuda traditio nunquã transfert dominium.ff.de acq. rerum do.l.nũquã.hoc verum, niſi iuſta cauſa præcedat.
Nemo viuit vt lupus vento.l.fi.C.de ali. pu.l. præſes, &. l.fi.in fin.pro hoc glo.l.ſed ſi lege.§.quod autem.ff.de peti.hære.ſuper verbo erogaſſet.
Nemo ſine actione experitur l.quoties.§.itẽ ſi tẽporali. ff. de adminiſt.tu.vide Iaſ.inſti.de actio.in princ.col.16.
Natura cohæret ſolo ſuperficies.l.obligationum fere. §. placet.ff.de ac.& oblig.Contra de l. poſthumus.ff.de inoffi.teſtamen.
Nemo poteſt duobus dominis ſeruire: vt in tit. de eo qui arma belli depoſuit.c.1.& de feudo fœmi.c.j. colũ.10. vbi dicitur qui factus eſt miles Dei, definit eſſe miles ſeculi.Item ſcriptum eſt:nemo Deo militans implicat ſe negotijs alienis 21.q.3.c.apoſtolorum & c. placuit. & C.de epiſcop.& cleri.l.naturaliter.Contra hoc facit tex.in l.duorum.ff.de ope.liber.vbi duobus eodem tẽpore poteſt quis ſeruire,pro ſolu. vide do.Abb. in c.ex literis.in 6.col.de probat.
Nam ſequitur leuiter filia matri iter. Et ſequitur leuius patris iter filius.Iſtud no. ĩ l.& ſi nolit §. qui mãcipia. ff.de ædi.edic.& gl.eſt finalis decreti.quæ hoc dicit.
Negotia grauia debet quis per ſe tractare, non per procuratorem.C.de procu.l. vlt.ar.c. ſi pro debilitate. de offi.delega.
Non eſſe,& non poſſe fieri paria ſunt.l.multa.in princ.ff. de condi.& demon.l.naturalem.in prin.ff.de acqui.re. do.

do.l.gallus.§.videndum.ff.de lib.& poſthu.Alex.in l.ſi conſtante.§.ſi vxor.ff.ſolu.matri.

Non videtur poſſe fieri, quod non poteſt fieri honeſtè.l. nepos proculo.ff.de verb. ſignifi.

Nemo damnum facit niſi qui id fecit,quod facere ius non debet.ff.de reg.iur. eadem regula.

Nunquam actiones præſertim pœnales, eadem re concurrentes alia aliam conſumit.ff.eo.l.nunquam.

Nihil intereſt ipſo iure quis actionem non habeat,an per exceptionem infirmetur.regula iur.nihil intereſt. ff.de dol.l.eleganter.§. ſeruus paſ.

Non eſſe & non apparere paria ſunt. l. in lege.ff.de contrah.emp.l.cum res.in princ. ff.de leg.1.

Non alienat qui duntaxat omittit poſſeſſioné. ff.de re.iu.

Non videri principem defuncto priuilegium conceſſiſſe quod ei quem viuere æſtimabat conceſſit. ff. de regulis iuris.l.Neratius.

Non eſt ſingulis concedendum quod per magiſtratum publice poſſet fieri, ne occaſio ſit maioris timultus faciẽdi.l.non eſt ſingulis.de reg.iur.ff.

Nemo ideo obligatur quia recepturus eſt ab aliquo quod præſtiterit.regula iur.nemo ideo.ff.l.ſupra.apud Labeonẽ.ff.de aqua plu.ar.Cõtra.ff.de pecul.l.& ancillarũ.§. ſi quis cũ ſeruo.Itẽ ad legẽ Falci.l.ſi fundum.§.ſi ex tu.

Non videntur data quæ eo tempore quo dantur accipientis non ſiunt.l.non uidentur.ff.de verb. oblig. l.vbi autem.§.ſi.ff.de verbo.obliga.

Nemo diu gaudet qui iudice vincit iniquo.l.in hæredem. ff.de calum. in glo.

Nimis feſtinas Marcelle.l.1.ff.de ex.rei iudi.

Nullum crimen patitur is qui non prohibet cum prohibere non poteſt, regula iur.nullum crimen.ff.

Nulla intelligitur mora ibi fieri ubi nulla petitio eſt,regula iur.nullla.ff.& ff.de verb.obli.l.ſi pupillus. Contra de l.ſi pacto quo.C.de pact.& l.nuda.C.de contrah. & commit.ſtip.

Non videtur quiſquam id capere quod ei neceſſe eſt alij reſtituere,regula iur.nõ uidetur.ff.l.ſi pars.§. fin. ff.de

inoffic. teſtam.l.tam ei.ff. de leg.2.
Nemo qui condemnare non poteſt, abſoluere poteſt regula iu.nemo.ff.Contra de.l.fi.ff. de iniuſt.ru.teſta.
Nullus pluribus defenſionibus vti prohibetur. regula iu. nullus.in 6.& C.de tranſact. l.interpoſitas.
Non præſtat impedimentũ,quod de iure non ſortitur effectũ,regula non præſtat.in 6.& c.cõgregato,de elect.& ff.de verb.obli.ſi dari ſtipuler.& ff.de op.leg.l.2.& 3.
Nihil intereſt quod verbis dicatur uel ſigno indubitabili demonſtretur.l.quoties. §.ſi quis nomen. ff. de hæred. inſtit.hoc limitatur niſi ſit data forma. Corſe.in repertο.in uerſ. forma ad vnguem.
Nihil conſenſui tam contrarium eſt,qui & bonæfidei iudicia ſuſtinet,quàm vis atque metus: quem comprobare contra bones mores eſt: regula iur.nihil.ff.
Non capitur qui ius publicum ſequitur,regula iur.non capitur.ff.concord.tex.in l.non videtur. C.de in integ.reſti.& de mino.l. verum.§. item non reſti.
Non videtur conſentire qui errat. regula eſt iur.ff.cõcor. tex.in l.ſi per errorem.ff.de iu. om.iud.& l. 2. ff.de iud. in prin.ar.contrà.ff.ad leg. Falci.l.1.§.ſi legatarius.
Natura comparatum eſt ut homines ſint faciles ad diſſentiendum.l.item.§.principaliter.ff.de arbitris.
Non eſt in mora qui poteſt exceptione legitima ſe tueri regula.iur.non eſt.in 6.& c.de quarta,de præſcrip.
Nõ entis nullæ sũt partes.l.eius q inſulã,in fi ff.ſi cer.pe.
Non poſſe quis dicitur quod non poteſt fieri abſq; diſpẽſatione no.Domini. per glo.pe.ibi in c.gratia,de reſcri. in 6.& dicitur nõ poſſe fieri illud quod debet fieri per remedium extraordinarium,ita Inno. & ibi Abb.in c. paſtoralis,vbi Abb.in fi.de cau.poſ. & proprie. de quo per Deciũ,in c.at ſi clerici. §. de adult.in 5.col.de iud. & alibi dicitur quòd abſq; diſpenſatione fieri non poteſt.l.apud Iulianũ.§.fi.de leg.1. §.fœminæ, vbi Ang. inſti.de adop.de quo per Decium in c.1.in 2.col.de fi. inſtru.Dyn.in regula ſemel Deo. & ibi Moder.de reg. iur.in 6.vide not.in clem. ſæpe.in 13.col.de verb.ſign. vide etiam quæ dicit do.meus Ludouicus Gomeſius in ſingu-

ſingularibus ſuis.l.de fideic. lib.l.4.
Negatiua æquipollet affirmatiuæ. l. ſi quis codicillos, & ibi gl.C.de codicil.
Nunquam ex poſt facto creſcit præteriti delicti æſtimatio.l.omnis.§.nunquam.ff.de reg.iur.
Non videtur perfectè cuiuſque id eſſe quod ex cauſa afferri poteſt.l.omnes.§.non videtur.ff.de reg.iur.
Non eſt ſine culpa qui rei quæ ad ſe non pertinet ſe immiſcet.c.non eſt,de re.iur.lib.6.
Non ſunt facienda mala vt inde veniant bona, no gl.in l. qui ſub prætextu. C.de ſac.ſan.eccle.& in c.magna,ne cle.vel mo.contra de c.dixit Sarra. 32.q.4.
Nomina verbalia important factum.l.conſilio,in fi.ff.de cu.fur.ex quo dicebat Iaſon in l.ſtipulationum aliæ.§. ſtipulatio.quòd ſtipulatio eſt facti,vide ibi.
Non refert an aliquid an prope illud facit. ff. de dolo. ex ap.§.ſi quis, ad Velle.l.tutor. §. cum quidam, in fi.ad Turp.l.1.§.fi.Contra,ff.de tutel. l.ſi filius, de fur.inficiēdo,de ſolut.l.ſi homo.§.ſi genere, limita vt per Corſe.iñ reperto. in verbo forma ad vnguem.
Non eſt idē iuris de parte quo ad partem: & de toto quo ad totum.ff.de ſeruit.vrb.prædi.l.per fundum,& l.cum de indebito,de proba.contra de admini.tuto.l.ſi duo,& ff.de vſur.l.qui ſcit,in prin.
Non quod eſt:ſed quod eſſe creditur attenditur.l.diuus.ff. de of.præſi.& ff.de pet.hære. ſi putas alias ſi poſſeſſor.
Nutrix:mater:& auia æquiparantur.l.1.§.conſequens.ff. de ſuſpect.tuto.
Negatiua magis negat quàm affirmatiua affirmat.l.ſi Rufinus.C.de teſt.mili.l.3.§.liber,de ſuſpe.tuto.
Natura huius copulæ,&, eſt copulare diuerſa,c.ex parte, de reſcrip.cum ſimi.
Non poteſt quis ex vnico actu iudicari bonus vel malus vel induſtrioſus:in prohe.inſtitu.§.cunque,ibi ſolertia, & l.1.C.quib. & aduer.quos.
Nemo iniuriā propriam vindicare debet authoritate propria.23.q.4.inter quærelas,& q.5.de occidendis.
Notorium æquipollet expreſſo in tenore libelli. Bur.in

c.per tuas,de ſent.excommu.

Nemo debet ſe opponere illi à quo recipit beneficium. 22.q.4.de forma, & extra de poſtu.c.vlt.ff.de inof.teſt. l.ſi pars.in fi.§.hoc autem.8.q.2.illud.

Notoria iniuſtitia ſententię, etiã in ea non expreſſa, reddit eam inualidam.Abb.in c.inter cæteras. de ſen.& re iu.& Ludoui.in l.admonendi.10.col.ff.de iureiu.

Naturale vitiũ eſt negligi quod cõmuniter poſſidetur:vt ſi habere nihil qui non tantũ habeat arbitretur,deniq; ſuam quoq; partẽ corrumpi patitur:dum inuidet alienæ.tex.in l.2.C.quãdo & qui.quarta pars debe.lib.10.

Nullum malum peius eſt quàm Chriſtianos ſuis inuidere ſacerdotibus.c.ſunt plurimi. 6.q.1.in fi.

Nemo poteſt ſibi eam legem dicere, à qua ſibi recedere non liceat.l.ſi quis,in prin.ff.de leg.3.

Non eſt inſpiciendum quod fit: ſed quod fieri debet, ita elegantiſſimè dicebat, Proculus iureconſultus, in l.ſed licet.ff.de offi.præſi.Non tam ſpectandum eſt quod Romæ factum eſt, quam quod fieri debeat.

Non poteſt dirui domus ad hoc ut fiat viridarium. Bartholo. Cepola in tractatu de ſeruit. tit. de horto.per l. an in totum.C.de ædi.priua. & l.ſenatus.ff.de contrah. emp.& l.cætera.de leg.1.

Nobiles pro maiori parte hodie ſuperbi,& inimici popularium:guloſi & luxurioſi pluſquam populares: & nihil aliud ſciunt niſi comedere, bibere, & ſuperbire:ita dicit Bald. in l.per adoptionem.ff. de adoptio.in prima lectura.

Nobilitas ſtercus eſt,niſi habeat virtutis concomitantiã, Hoſtien.in c. venerabilis, de præb. & dicit idem Hoſt. in c.tua.de conſan.& af.col.2. quòd qui ſuperbit de nobilitate aut nobiliori ſanguine: de nobiliori ſtercore intumeſcit.

Nobilitas & ſcientia æquiparantur quoad promouẽdos. Barb.in c.poſtulaſti. de reſcrip.col.2.& idem Barba.in c.accedens.2. ut lite non conteſta.

Non deductum per malitiam in cauſa principali,non poteſt deduci in cauſa appellationis,gl. fin.in c.inter monaſte-

naſterium de ſen.& re. iu. quam, ſequitur Hoſt. Ioan. But.& Abb.

Narratio determinatur à concluſione Franci. Aret.in l. ait prætor.la 2.de iureiur. numer.17.

Non enim loca:ſed uita & mores ſanctum Deo faciunt ſacerdotem,quum ex officio ſuſcepto,non licentiam peccandi: ſed neceſſitatem viuendi ſe nouerit aſſecutum: ita tex.11. diſt.in fi.prin. tanto nempe ſtudio maiore omnigena ſe uirtute monſtrabilem debet pontifex exhibere:quãto ſi deuiet,plures ſuo exemplo peſſum eũt. Si.n.Papa ſuæ & fraternæ ſalutis negligens deprehẽditur inutilis,& remiſſus in ſuis operibus:& inſuper à bono taciturus, innumerabiles populos cateruatim ſecũ ducit primo mãcipio gehẽnæ, cũ ipſo plagis multis in æternũ uapulaturos:ita tex.ĩ c.ſi papa.ea.diſ. Trahitur quippe uita põtificis(imo & cuiuſlibet prælati) facile à ſubditis in exẽplũ.c.magnæ,de vo.quia ſunt vt ſignũ ad ſagittam poſiti. c. qualiter & quoniam.2.de accuſa. Et facit quod vulgo dicitur.Regis ad exemplum totus componitur orbis.not.glo. in c.ex merito.6.quæſtio.1.

Nihil uile ac ſordidum in ſacerdotis ore vel opere debet apperere,ſed cũcta quæ agit,loquit, & cogitat corã hominibus & interni arbitri conſpectu oporret eſſe glorioſa.c.oportet verſi.cauere enim. 83.diſt. Valentinianus.paulo poſt prin. 63. & c.his igitur.23.diſt.

Neceſſitas excuſat à periu.io.23.q.8. ſi nulla.c. breui. de iureiur.& 50.diſt.præsbyteros.

Neceſſitas legem non habet,de conſue.quãto,& de re.iu quod nõ eſt,& de conſue.diſt.1.diſcipulos.& l.vni.ff.de offi.con.& l.nõ ſolum.cum vulga. §.fi.ff.de excu.tuto.

Non præſtat impedimentum quod de iure non ſortitur effectum.l.quod pupillæ. cum no.ff.quando di.le.ce.& l.2.3.& 4.ff.de op.le. c.illud.c. quòd autem. de iu.patro.& c.bonæ.de elec.

Non debemus recedere à regula iuris, niſi quatenus reperitur exceptum.l.omnis diffinitio.de reg.iur.

Nomina eſſe debent conſequentia rebus, ut in §. eſt & aliud.inſtituti.de dona.

Nullum opus humanum ſemper durat; & mortalis labor nihil efficit immortale reg.iur.nullum.ff.

O

OMne rarum charũ in auth.de conſuli. §. 1.col.3. ff.de legib.l.nã ad ea.melior text. in c.legimus. Omnis creatura mouetur ad benefaciendũ ei qui ſibi benefacit.No.gl,l.& ſi lege.§.cõſuluit.ff.de pe.hæ.

Omne promiſſum de iure debitum eſt. C. de ſuff.a.l.vnica,in rub.& inſti. de verb.obl.in princ. iuncta.l.1.ff.de pact.iuxta l.non minorum.C.de tranſact.in c.1.de dona.& l.nemo.ff.de in integ. reſt. Quid enim magis fidei humanæ congruit quam ſeruare ea quæ placuit inter eos, q.d.nihil.

Omne quod eſt nimium vertitur in vicium. Not. glo.in auth.ut deter.ſit nu.circa princ.col. 1.cum ſuis allega.

Omne artificium per exercitium recipit incrementum.l. legatis ſeruis.§.ornatricibus.ff.de le.3. C. de re mili. l. milites,lib. 12.

Omnes uidentur facere quod facit maior pars. ff.ad municip.l.quod maior.ff.de reg.iur.l.aliud.§.1.ff.de pact. l.maiorẽ.C.de decurionibus. l. nominationum.lib.10.

Omnia non poſſunt ſimul memoria retineri.l.2.§.ſi quid autem.C.de vete.iure enucle.

Omnia noua pulchritudine ſunt decorata in prohemio. ff.§.in ſecundo autem anno.

Omnes ſcire debent quod non eſt ſuum hoc ad alios pertinere.l.ſi.C.unde ui.

Omnia ſunt permiſſa quæ per legem prohibita non inueniuntur.l.necnon.§.ſed quod egit. ff.ex qui.cau.ma.ff. de proba.l.ab ea.& ff.de teſti. l. 1. §. 1.& ff.de procu.l. mutus.§.conqueritur.C.de relig.& ſumpt.l.ſtatuas.

Omnis diffinitio in iure ciuili periculoſa eſt:parũ ẽnĩ eſt quod ſuberti nõ poſſet.l.omnis diffinitio.ff. de reg.iu.

Omnis ſapientia à domino Deo eſt, & omne datum optimum,& omne donum perfectum de ſurſum eſt deſcendens à patre luminum.nor. glo.l.1.ff.de leg.

Omnis diffinitio, eſt oratio ſubſtãtiã cuiuſcũq; ſignificãs ſecundũ Boætiũ.no.glo.l. omnis diffinitio. ff.de reg.iu.

Obſi-

Obſides ſunt qui dati ſunt à Roma. hoſtibus, pro capti-uis redimendis, uel pro pace componenda. no. glo. l. obſides. ff. de teſtam.

Obſides teſtari non poſſunt. l. obſides, ſupra alle. niſi eis permittatur.

Odia ſunt reſtringenda: fauorabilia amplianda ſunt. l. cũ quidam. ff. de libe. & poſthu.

Omnia morte ſoluũtur. C. ſi reus vel accuſ. mor. fu. l. 1. 2. & 4. niſi in 6. caſibus exceptis vt læſe maieſtatis.

Obligatio eſt mater actionis: inſti. de ac. in princ. & ff. de procur. l. licet. §. ea obligatio.

Omnes fructus iure ſoli non iure ſeminis percipiuntur. l. qui fundum. ff. de vſu.

Omnia ſunt hominum tenui pendentia filo. Et ſubito ca ſu quæ valuere ruunt. no. glo. l. ſi debitor. ſuper uerbo damnum eſt. ff. de iud.

Omnia principis eſſe intelliguntur. C. de quadri. preſcrip. l. fin. in prin. Pro hoc facit. l. 1. ſuper uerbo procurator meus. C. credi. euic. non debere.

Ordo ſcripturæ nõ attẽditur. l. eo ꝙ à multis. C. ſi cer. pe.

Omnia ſunt mobilia: in auth. de non alie. aut permu. re. ec. §. ubi autem. col. 2.

Occaſio malignandi eſt auferenda. l. 2. in fi. C. de indic. uid. tol. & inſti. ui. bo. rap. §. ſed nedum.

Ocium & uoluptas arma ſunt hoſtis antiqui. c. niſi cũ pri dem. §. uerum. de renunci.

Ordinamus. i. conferimus. c. ſi tibi abſenti. de præbend. li. 6. vbi Archi. & Cardi. Alex. in c. epiſcopus. 24. diſt. per c. ſuper eod de offi. deleg.

Originalis cauſa attenditur non illa quę uenit per accidens. l. ſi quis ne cauſam. ff. ſi cer. peta. facit. l. 2. ff. de ori. giu. iur. Bb. text. in l. qui id quod. ff. de dona. Pe. de Anch. conſi. 339. in 1. col.

Omnis res à cauſa proxima denominari debet. l. quiſquis. §. hæc uerba. ff. de vul. & pup.

Omnino: tex. eſt in l. teſtator. circa mediũ. ff. de teſta. tute. uide Decium in repeti. §. de adulterijs. de iud. in 5. col.

Omnes actiones quæ morte aut tempore pereunt ſemel

-incluſæ iudicio ſaluæ permanent:regula iur. omnes. ff.

Obligatione principali caſſata de rigore remanet acceſſoria l.2.C.de.lui.pig.

Offerri dicitur non petenti.l.fideicommiſſa,§.ſi rem ſuã. ff.de leg.3.c.litera. in fin. extrà de reſti. ſpoli. in c. interpoſita.in prin.de appel.adde tex.in §.igitur. in uerbo obtulerit,inſti.de obli.quæ ex quaſi contractu.

Omnis bona definitio debet conuerti cum definito, eſt bonus tex.ultra illos qui vulgariter allegantur, in l. Quintus Mutius.ff.de au.& ar.leg. & omnes partes definitionis debent prædicari de ſuo diffinito, l. quæſitum.in prin.ff.de fid.inſtru.

Omnis ſtatus ſub perpetuo motu conſiſtit. in authen. de non alie.§.ut autem lex.in glo.in authen.de nup.§.nuptias.in verbo ſolubile.

Obligatio adhæret oſſibus noſtris, ſicut anima adhæret corpori,ff.de pecul.l.quis ergo.caſus in glo. quæ alleg. cõcor. & imprimitur in nos ſicut caracter in animam. l.3.ff.pro ſoc.

Opinio vnius cum æquitate, plus valet quam multorum ſine æquitate,tex.eſt in l.quod dicitur.§.ſi dos.ff.de im peu.in re.do.fac.cõcor.tex.in c. capellanus. extra de ferijs,& eſt tex.no.in l.1.§.ſed neque.C.de vete.iu.enu. de quo vide tex.in l.ſi ſeruum.§.ſequitur,vbi Iaſ.multa no.ff.de verb.obl.

Omne agens agit propter finem, & finis eſt qui mouet agentem.l. ſi pater & l. cum apud. C. de hęre. inſti.l. eam quam.vbi Bal.C.de fideicommiſ.

Officia publica ſunt interdicta fœminis propter honeſtatem.l.fœminæ.ff.de reg.iur.

P

PAter & filius eadẽ perſona reputãtur C. de impub. & ali.ſubſti.l.fi.in fi.c.cõtradicimus.in fi.35.q.3.vide pér omnia iſtius regulæ omnino quæ adducit Hyppo.de Marſi.in ſingulari ſuo.ibi incip.pater.

Patris & filij teſtimonium pro vno habetur.ff.de vulg.& pup.ſubſti.l.fin.§.in ſecunda.

Pater filium ſuum in cauſa neceſſitatis poteſt vendere l.2.

l.ſecunda C.de paren.qui ſi.ſu.di.
Principium ſpectandum eſt. l.1.ff.de orig.iur. Nam dimi dium facti qui bene cępit habet.
Precium loco rei ſuccedit.l. & rem. ff. de peti. hære. ſed ſpeciale in petit.hære.
Pacta quę contra leges fiunt nullam uim habere poſſunt. l.pacta.C.de pact.& l.non dubium.C.de legi.
Priuatorum conuentio iuri publico non derogat.ff.de reg. iur.l.neque pignus.in ſi.
Per exteriora iudicantur interiora.inſtit.de re.di.§.pauo num,& ff.de ædil.edic.l.ſi tamen.§.2.
Paria delicta mutua compenſatione tolluntur. ff. ne quis eum qui voc.eſt in ius ex.l.2.& ff.ſolu.ma.l.uiro.
Pretia rerum ſecundum veritatem,non ex affectione ſingulorũ,uel utilitate ſunt æſtimãda.ff.ad l.Fal.l. precia. & l.præcedenti.& ff.ad legem Aquil.l. ſi ſeruum meũ.
Paupertas prodeſt.l.ſiquis ad declinandã §.fin autẽ C. de epi.& cle.ff.de offi.præſ.l.illicitas.§.ſi. Aliquando non excuſat nec prodeſt.ff.de ritu nupt.l.palam. §. non eſt.
Partus ſequitur ventrem.l.partum.C.de rei ven.
Peius eſt male credere quam nullo modo credere.l. ſi ſte rilis.§.cum per venditorem.ff.de acq.emp.in glo.
Pœnæ ſunt molliendæ,& non aſperandæ.l. interpretatio nem.ff.de pœ.
Pœna eſt menſura delicti.l.ſancimus.ff.de pœnis.
Precium loco rei ſuccedit.ff. quæ in frau.cred. ge. ſunt.l. quia debitorem.in fin. & ibidem not. glo. ſic ff. de rei vend.l.Iul.in prin.& de reg.iur.l.factum.
Punitur,affectus licet non ſequatur effectus l. & generaliter.in prin.ff.de calum.& l. ſi quis perſuaſerit. C. de furt.& ff.de condit.ob turpem cau.l.ſi à ſeruo.uide ſupra in litera A.
Publicè rei intereſt dotes mulieribus obſeruari, cum ma ximè ſit neceſſarium dotatas eſſe fœminas ad ſobolem procreandam.l.1.ſolu.matrim.ff.
Prętéritio fœminarum pro exhæredatione habetur. l. filiam præteritam. ff. de inoffi. teſta.& ibidem not. glo.
Prætextu periurij nõ retractatur cauſa l.1.C.de reb.credi.
Par

Par parem cogere non poteſt.l.3.ff.de arb. C. de appel.l. præcipimus.§.penul. C.de legi.l.digna.
Plus sēper debet valere pignus quā debitū, vnde dicitur ꝙ reſiduum deberet reddere creditor debitori quanto plus pignora vendidit.C.de iur.do.impe.l.fi.§.fin autē.
Patientia pro conſenſu valet. ff.de exerci.l.1.§.magnum. & ff.nau.cau.ſta.l.1.§.penul.
Prima volūtas ad ſe trahit vltimā.ff.de le.2.l.ſi mihi.§.fi.
Plus valet quod agitur quam quod ſimulate concipitur, C.plus valere quòd agitur. per to.l.ſi donationis cauſa.C.de contrahen. empt.
Per īgratitudinē filius redigitur in ptāte,C.de ing.lib.l.1.
Præſens ſtipulatio nō trahit ad futurū:not.glo.ſuper verbo augeri.ff.de dam.infec.l. damni.§ ſi ijs qui vitiant.
Pactum à iure communi remotum non eſt ſeruandum. l. iuriſgen.§.fi.in fine. ff.de pact.& iuramentum factum in ciuili pacto iure communi remotum non eſt ſeruandum:vt in ead.l.eo.§.ſupra alleg.
Parcitur vitio naturali.ff.de dam. inf..l.fluminū. §.vitiū.
Pactum ſiue pactio eſt duorum pluriumue in idem cōſenſus & placitum.ff.de pac. l.1.§. & eſt pactio.
Plus ciuilis perſona quàm nobilis ex æquali delicto punitur.l.ſi criminis.& l.ſeruo.C.ad l.Iul.de ui.pu.& ff.de incen.rui.l.Pedius.§.fin.
Plus punitur ſæpius delinquens ui.l.ſeruos. C. ad Iul.de vi.pub.& C.de epi. audi.l.4.in fi.
Pactum perſonale non tranſit ad hęredem.l.ſi tibi decem. §.ſi quis proficiſcatur.ff.de pact. Et ideo ſi fecerim pactum creditori meo ne à me petat ſed ab hęrede, hæredi proderit exceptio: quia eſt pactum perſonale,vt ff. de pact.l.iuriſgen.§.pactorum.
Pignora mihi obligata locare poſsū. l. creditor.ff.de pig.
Pactum factum ſuper futura hæreditate non ualet niſi conſenſerit teſtator.l.fin.C.de pact.
Pacta quæ ex interuallo ſunt appoſita in aliquo cōtractu non ineſſe uidentur ipſi contractui.ff de pact.l.iuriſgē. §.ſi ex interuallo:imo antequam videantur ineſſe contractui oportet, quòd ſint in ingreſſu facta:ut in e.l.§.
item

item Marcel.in fi.§.aliquid eſt. in §.ea enim pacta.
Præcedente uno malo ſequuntur alia.ff.de rei vend.ex diuerſa.§.1.in auth.ut iudi.ſine quoquo ſuffra.§.conſideramus.col.2. in glo. ſuper verbo illicito.
Prætor ait pacta ſeruabo, l. iuriſgen.§.ptor ait.ff.de pact.
Potentioribus pares eſſe nõ poſſumus.ff.de ali.mu. iudi.cau.fac.l.3.& ff.de arbi.l.nã magiſtratus, & ff.de aqua plu.arc.l.1.§. ſed ſi uicimus &c.
Parum eſt ius in ciuitate eſſe niſi eſſent qui iura tuerentur.l.2.§.poſt originem.ff.de ori.iur.c.commiſſam, & c.ubi periculum,de elect.lib.6.
Pacta ſunt ſeruanda.ff.de act. emp.l.ex empto.
Prima poteſtas eſt res inæſtimabilis.l.filius.§.ſi vulgaré.ff.de le.1.
Pater & filia non poſſunt coniungi per matrimonium inſtitut.de nupt.§.ergo non omnes,nec mater cum filio: vt in eod.§.
Per epiſtolam nullus fit hæres ,uel cohæres, l. epiſtola.ff. de pact.& C.de proba.l.non epiſtolis.
Pacta quæ dolo malo facta ſunt,non ſunt ſeruanda.ff.de pact.l.iuriſgentium.§.dolo malo.
Puberes dicuntur illi qui maiores 13 . annis. Et ita accipiunt inſti.de nup.§.1.
Pacta quæ turpem causam continent non ſunt ſeruanda, l.ſi unus.§.pacta, ff.de pact.
Per negationem res efficitur dubia. C.qui. ad liber. proclа.non li.l.2.cum alleg.per glo.
Poſſeſſio dicitur quaſi pedum poſitio. l. 1. in prin. de acquirend. poſſe.
Prætextu debiti reſtitutio commodati non probabiliter recuſatur.l.fin. C.de commo.
Procurator dicitur qui mandato domini negocia adminiſtrat aliena.l.1.ff. de procura.
Plus diuiti quam pauperi creditur: inſtit. de ſuſpec. tuto. §.fi,in fi.& ff.de excu.tu.l.ſpadonem.§. fin.in auth.de teſtibus.§.ſumus autem,& præcipuè.col.7.
Prout quis delinquit ita debet puniri : qui plus delinquit plus punitur: & qui grauius delinquit, grauius debet puni-

puniri,inſti.de pu.iudi.§.item.l.Iul.de ui.pu.

Pactum contra mores non eſt ſeruandum. C. de pact.l.fi. §.ſecundum,& l.1.& illud non probandum.ff.depo.cō tra.ff.de pact.l.ſi vnus.

Pacta ex bona fide facta & à iure approbata, debent ſeruari.l.1.§.quæ depoſitis,in fi. ff.depo.

Precarium eſt quod precibus petentis vtendum conceditur tandiu,quandiu is qui conceſſit patitur.l.1.in prin. ff.de preca.

Precarium à commodato differt, nam commodatum datur ad certum vſum, vt poſſunt per leges illius tit.ff.cō mo.& etiam differt in alijs cauſis enumeratis in glo.l. 1.ff.de preca. & ibi vide.

Pupillus per acceptilationem liberari poteſt ſine tutoris auctoritate.l.pupillum.ff.eod.

Poſthumus propriè dicitur qui naſcitur poſt mortem patris.ff.de iniuſto rup.& irri. teſta.l.3.§.1.

Princeps legibus ſolutus eſt.l.princeps.ff.de legi.

Prætor reddere ius dicitur : etiam cum iniquè decernit.l. ius pondus.ff.de iuſti.& iure.

Parcitur ſponte confitenti.l.3.in fin.ff.de ali.iud.mu.cauſa fac.C.de his qui le.di.l.1.lib.10.& in auth.vt liti.iurāt.§.ſi quos.auth.col.9.& ff.de mi.l.licet ex cauſa.§.2. & C.de plus peri.l. 1. ff.de iureiur.l. eum qui. & C.de non nu.pe.auth. contra impropriam. C.ad l.Iul.maie. §.fin.l.penult.& ff.de pe.hæ.l.ſed & ſi lege.§.pen.

Pœna eſt omnium delictorum cohertio. l. illud eſt.§.1.ff. de uerb.ſigni.

Probatio eſt rei dubiæ per argumenta oſtenſio. Not.glo. ſuper rubrica.C.de proba.

Probationes debent eſſe luce clariores. C.de proba.l.fin.

Plus facit grauitas & benigni mores, quàm facultates.ff. de tu.& cu.da.ab his,l.ſcire oportet. §.pen.facit tex.in l.ſi quis ſtipulatus ſit.in fin. ff.de uerbo.obli.

Plus negat negatio quam ponit affirmatio. C. de dona.l. filiusfamil.§.1.

Proniora ſunt iura ad abſoluendum quam ad obligandū, ff.de act.& obl. l.Arrianis. ff.de re.iur.l.fauorabiliores.

Pa-

Patientia habetur pro præcepto.ff. de his qui no.infa.l.liberorum.in fi.

Patientia habetur pro conſenſu.l.ſi fideiuſſor.in fi. C.mã da. & ff.eod.tit. l.qui patitur.

Proximus eſt quẽ nemo ſequit.l.proximus. ff.de ver.ſign.

Princeps bona concedendo uidetur etiam obligationes concedere.ff.de uerb ſigni.l.princeps.

Parcitur uerecundiæ alicuius.ff. de dona.l.ſi patronus.in princ.& 1.reſpon.ff.de ſur.l.penul.

Parcitur ignoranti & non ſcienti. ff. mandati.l. fideiuſſor. & C.de euic.l.ſi fundum.

Permittitur alicui errorem ſuum corrigere:inſti.de ac.§.ſi quis aliud.

Per ſententiam non transfertur dominium: ar.inſt.de excep.§.in his quoque.Contra inſtit. de of. iu.§.cum ubi ex ſententia transfertur dominum.

Pœna vnius eſt multorum metus: inſt.de except.§.hodie autem. in fi.C.ad l.Iul.repe.l.1.in prin.

Per ſententiam non tollitur obli. inſt. de excep.§.item ſi in iudi.

Pro egentibus debet condi ſeu corrigi lex, ſeu cõſtitutio, in auth.de non eligen.ſecondo nuben. in prin. col.1.l. aſſiduus. C.qui po.in pig.ha.

Precium conſiſtere debet in pecunia numerata. inſtit.de emp.& uend.§.item precium.

Pater tranſiens ad ſecunda uota offendit filios primi matrimonij:in auth.de nup.§.uenient autem.col.4.

Princeps quamuis legibus ſit ſolutus attamen ſecundum leges uiuere vult.l.digna uox.C.de leg.

Per inclinationem capitis non ualet ſtipulatio, nec per leuationem digiti.l.1.§.ſi quis ita.ff.de uerbo.oblig.

Pignus à curatore furioſi datum ualet, ſi utilitate furioſi exigente id fecerit.l. pignus.ff.de cura.furio.

Peruerſa cõſuetudo nõ eſt ſeruãda. in aut.de teſt.lib.§.1.

Pœna illius qui trahit aliũ ad non ſuũ iudicẽ,eſt ꝙ actor cadit à ſua cauſa.C.de iuriſd.om.iud.l.in criminali.

Pœna rei qui permiſit ſe conueniri coram non ſuo iudice eſt quòd ſi feratur contra eum ſententia, ualet in odiũ

ſui,

ſui.C.eod.de iuriſdi.om. iud.d.l.in criminali.

Parentes & liberos in infinitum dici. ff. de in ius voc.l.fi. ff.de iuriſ.om.iud.l.ſi quis id. §.in ſeruos.ff.de pe.l.fin. §.generaliter.

Par in parem non habet imperium nec minor in maioré, ff.ad Trebel.l.ille à quo,§.tempeſtiuum,& ff.de ar.l.nã magiſtratus.

Polipus eſt piſcis: polipus fœdatio naris, no.glo.l.qui clauum.ff.de ædil.edic.

Portatur leuiter quod portat quiſque libenter, not.glo.ff. de excu.l.tria onera.

Pendo,do pœnas,dum pendeo ſuffero pœnas,not. glo.in auth.ad hoc ſi adminiſtratio.in fi.glo.C.de iu.

Particularis ſolutio nõ minima incommoda habet. l.planè.ff.fami.herciſ.

Philoſophi poſſunt allegari in cauſis: & etiam auctores inſt.de emp.& ven.§.item precium.cum ibi no.in glo. ff.de ſolu.l.ſi pater,& ff.de iudi.l. proponebat.ff.de ſta. ho.l.ſeptimo. Sed certè opiniones eorum multoties reprobantur,vt ibi.& ff.de re. di.l.in tantum. §. fin. & l. ſed diui.& l.4.

Poſthumus non eſt in poteſtate patris. l.fin.ff.de col.bo.

Plus eſt hominem ueneno occidere quam gladio.l.1.ff.de malefi.& mathe.

Pœna corporalis minor eſt quacunque pecuniaria . ff.de pœn.l.in ſeruorum.in fin.

Præſes prouinciæ debet purgare prouinciam malis hominibus .l.congruit.ff.de offi.præſi.

Plus ualet unius probatio quamplurium conceſſio. l. per fundum. ff.de ſer.

Paruulus eſt puer minor.24. annis maſculus:uel 12.fœmina:ita exponit glo.l.fi.in prin.C.de infan. expoſ.

Periurus puniendus eſt,l.pe.in fin.C.de interdic.uidui.

Pluralis locutio habet reſolui in duas ſingulares. l. falſa. in fin.ff.de condi.& demon.

Per receptionem pignorum non renunciatur debito de iure ſcripto.l.ſi pro mutua. C. ſi cer.pe.l.1.C.de pigno.& l.aduerſus.C.de act.& obli.

Pro

Pro furto nemo debet mori: nec aliquod membrum abſcindi. in auth. vt nulli iudi. l. habere loci obſerua.niſi &c.col.6.§.pro furto. Contra de pa.iur.fir.§.ſi quis. 5. ſolidos.

Papa non poteſt diſpenſare contra uotum caſtitatis:quia nullum inuenitur æque bonum cum quo poſſet fieri commutatio:tquia nihil eſt melius continentia : quia virginitas replet Paradiſum,vt 32. q. 1. c.nuptiæ,& 1. q.3.c.integritas, & caſtitas ſola eſt quæ cum fiducia po teſt Deo animas preſentare.ut in auth.de leno.§.ſancimus.col.3.

Promptum eſt leges legibus concordare. l.vnica.C.de inoffi.do.; & no.in auth.de exhi. & intro.re.col.5.

Probationes non ſunt anguſtandæ.l.quoniam.in fi.C. de hæred.

Præſumitur quis ignorare niſi probetur ſcire,ff.de prob. l.verius,cum ibi no.Sed ar. contra eod.tit.l.cum de indebito,in fi.l. tamen & ibi no.in in c.ad audientiam noſtram.glo. fi.extra de reſcrip.

Priuilegia reſcripta & alia conſimilia ad ea tantum extendūtur de quibus cogitatum eſt.ff.de pac.l.tres fratres.ff. de tranſact.l.cum Aquiliana, & ita intētio mandantis. conſiderāda eſt. extra de reſti.ſpo.audita : & deprehen cum cauſam,& c. vlt.& c.ſuper eod.de of.deleg.

Puplice intereſt ut dignitatū ordo ſeruetur & non ignobilis immiſceatur cum nobili.tex. in l.1.§.ſed & ſi ſeruus.ff.de ven.inſpi.

Patrem à filio regi indecorum eſt,l.is qui in ea. ff.de tu. & cu.da.ab his.

Pugna pro patria.Cato.& l.veluti.ff.de iuſti. & iu.

Pactum expreſſum tollit pignus non tacitum.gl.in l.ſi tibi.ff.de pignor.gl.1.ff.de pac.

Præfatio non declarat actum præcedentem.l.ita ſtipulatus. ff. de verb.ob. ſecundum caſum Iaſ. in d.l.contra de l.Titio,eo.tit.§.penul.

Pars una declarat aliam.l.qui filiabus.in prin. ff. de l.1.l. uerum.de peti.hæ.l.1.ff.de re. du.Decius in cap.1. col. 8.de probatione.

Papa

Papa eſt ſucceſſor Moyſi.gl.in c.cauſam quæ. el.2.qui filij ſunt legi.in uer. ad regem.

Promittere uel ſoluere paria ſunt. l.fi. C. ad l. Falci. facit tex.ubi Deci.in c.ueniens. el.1.de teſti.& l. fi.ff.ad Sille.l.quamuis.§.interdum. ff.ad Velle.

Principali annullato propter aliquem fauorem non annullatur acceſſorium. Alex.conſ.59. uiſo inſtrumento. in 5.uolu.

Porticus pars domus eſt.l,cætera.§.hęc ſenatus.ff.de le.1. vide tex.in c.ſolennitates.el.2. de conſe.diſt.1.

Prætor bonorum poſſeſſorem hęredis loco in omni caſu habet.l.prætor. ff.de re.iur.

Perfectum non dicitur quando aliquid deficit. l. librorū. §.quid ergo.ff.de leg.3.

Pro facto habetur quod in fieri eſt. l. cum vxori. & l.ligno.§.ego autem.ff.de legatis.3.

Prius tollitur per poſterius, & poſterius fit inualidum quando ab eodem ſunt facta. l. fundum. §. fi.de fun. inſtru.

Præſens intelligitur qui in ſtudio eſt.l.Seię.§.Pamphilę, ff.de fun.inſt.l.quæſitum.ff.de leg.3.

Prohibito matrimonio, prohibentur ſponſalia. l. oratio. ff.de ſpon. quòd eſt verum quādo prohibitio habet perpetuam cauſam prohibitionis, ſecus ſi temporalem. l. ſolet. ff.de his qui no. infa. vbi licet mulier matrimonium contrahere non poſſit intra annum luctus.l.1.& 2.C.de ſecun.nup.tamen intra illud tempus bene poteſt deſponſari. vt dixit text. in d.l.ſolet, & vide alium text.in l.ſiquis officium, & in l. ſiquis tutor. §. quamuis.ff.de ri.nup.

Præiudicatur alicui vbi eius voluntas impeditur. §. huic autem,& §.pręterea. el 2.inſti.de actio.

Punitur ſatis aliquis ſi ruborem uel laborem patitur, c. cum dilecti.de accuſ.

Patria poteſtas eſt inęſtimabilis.l. filiusfam.§. ſecundum vulgarem de leg.1.

Prædo propter culpam non tenetur ea ſimpliciter, dicit tex.in l.& non tantum. §.ueniunt.ff. de peti.hær.

Præ-

Præſumitur minimè pro ſententia iudicis, cui de nocte traditus fuit proceſſus,& de mane iudicat: ita nec pro decreto:quia præſumuntur facta ſine cauſæ cognitione,ita Bar.in l.probatā.C.de ſen.Hiero.But.in l.ſciendum.ff.de uerbo.obli.& de 2.per. Pet.de Ancha.conſi. 821.incip.viſis diligenter narratis:& actitatis.

Populo qui placet,diſplicet Deo,quia populus eſt docendus & non ſequendus.Bal.in c.2.de elec.

Patria nobilis eius filijs redundat ad gloriam. text.in l.ſi quis,C.de natu.libe.

Pactum inſtituo te ſi alas me ſenem, videtur quòd valet. ar.in l.ſi quis ita hæredem. & l.ſi quis ita inſtitutus.ff. de condi.inſti.Hiero. But.in l.licet.C.de pact.

Prohibitum in iudicio,& extra iudicium prohibitum eſſe uidetur.tex.in l.qui teſtator.§.eum qui. ff.de teſta.

Patria ſunt promittere & ſoluere.l. fi.ff.ad Sille.& l.fi.C. ad l.Falcidiam.

Preces principis habentur pro iuſſu.glo.in l.1.ff.quòd iuſſu.Feli.in c.ſi pro debilitate.in 2.col.de offi.deleg.

Principijs ignoratis, ignorari oportet & ea quæ poſt principia ſunt.in auth.de non alie.§.ſi minus.Dy.in regula nullus pluribus.in 4.col.de re.iu.in 6.c.cum Paulus.1. quæſtio.1.

Paria ſunt legem non eſſe,& eſſe,ſed obſcuram.l.de ætate. §.nihil.de interro.actio.

Paria non ſunt aliquid eſſe expreſſum & haberi pro expreſſo.l.licet.ff.in qui.cau.pig.ta.contrah.

Promiſſa iure ſunt debita.l.nemo. ff. de in integ. re. facit c.1.de dona.

Proprium dicitur quod alicui non communicatur.tex.in l.2.& ibi Bar.ff.de adop.

Poſſe non dicimur, quę facta ſunt contra famam & verecundiam.l.filius.ff.de condi.inſtit.Iaſon in l.ſi ſtipuler ut id fiat.ff.de uerbo.obli.

Potentius operatur natura ſubiecta materiæ, quàm nominis proprij expreſſio.c.1.de tranſla.facit.l.ſi ſeruus communis.ff.de ſtipu. ſer.

Per coniecturas probatur aliquis facturus: quia non poteſt

ceſt demonſtratiuè probari.glo.in l.apud Celſum,ff.de except.doli.per Doc.in c.1.& c.cauſam matrimonij.de offic.deleg.

Pecunia non debet eſſe ſterilis,l.quid ergo.§. vſuras.ff.de con.tutel.

Pro poſſeſſore habetur qui dolo deſijt poſſidere, cap. qui poſſeſſore de reg. iur.lib.6.

Procurator infamis poteſt eſſe de iure ciuili:§.fi.in inſt.de excep.no.Abb.in c.poſt ceſſionē,de prob. ſecus de iure cano.ut in c.Imperator,ubi gl.de iur.cal.

Paria ſunt non habere maritum uel habere inutilem.c.2. de tranſla.præla.vide Abb.in c.bonę.el 1.in 3.no.& eſt tex.fin.in l.fi.C.de plag.vide Alex. conſ.104.in 1.vol.

Pœna corporalis minima, maior eſt quacunque pecuniaria.l.in ſeruorum. ff.de pœn.

Pactum contra naturam contractus veſtitur. l.ſi conuenerit.ff.de reſcin.ven.quem dicit mirabilem,gl. in l.quoties,§.ſi colonus,ff.de vſufru.facit l.2 . ff.de hær.& ac. ven.imò etiam veſtitur contra bonam fidem,tex.eſt notabilis,in l.Lucius.ff.de poſi.& hoc eſt contra communem:ita Hiero.But. in l.in bonæfide,C.de pac.

Præſumitur modò eſſe ex eo quòd olim fuit,cap.in parochia.16.q.1.& l.partum,C.de rei vend.& l.pe.ff.de ſta. ho.& l.ex eo.ff.de ædil. edic.

Propoſitum in mente retentum nihil operatur,l. ſi repetendi,C.de condic.ob cauſam.

Princeps peccaret ſi coram eo admitteret illam exceptionē opponi,ſcilicet quòd ex pacto nudo detur actio: ita Ant.de But.in c. quæ in eccleſiarum, de conſt . & dicit ſingulare Alex.in l.iuriſg.§.ſed cum nulla,ff.de pac.

Prohibetur vnum iuſtum propter aliud iniuſtum.12.q.1. habebát 21.diſt,denique, ff.de rei vend. officium . ff.de dam.infec.l.ſi finita.§.ex hoc edicto.

Principale illud dicitur ad quod principalis intentio tendit,Bar.in 1.conſt.C.

Paria ſunt quòd quid obliquè fiat uel directè. l.3.§.in rē. ff.de in rem ver.Contra de l.quædam.ff.de acqui.re.do. l.tutor rerum.ff.de admi. tut.

Pira-

Piratæ quos vulgus Corſaros appellat,poſſunt impune oc cidi & derobari:ita dicit Ioan.de Ana.in c. 2.in 2. col. ſuper gl.2.de homi.& tales quolibet anno,in cœna domini excommunicantur: ut tradit idem Ioã.de Ana.in c.3.in 2.colum.de rapto.

Patria ſua cuilibet dulciſſima eſt,l.qui habebat,& ibi glo. de leg.3.tenet Io.And. in c.quòd alicui, in 1.col.de re. iur.in mercu.& hoc ſiue ſit magna, ſiue parua:ut dicit Andr.de Iſer.in §.ſi uero,in 1.col.de feu. guardiæ.

Prohibitus uendere prohibetur pignorare: ut dicit Bar.in l.qui habebat.ff.de leg.

Prohibetur habentibus dignitatem exercitium artis notariæ tanquam uiliſſimæ:l.vniuerſis, C.de decurio.lib. 10.& ibi Bar.inuehit contra aduocatos exercentes huiuſmodi artem,quod dictum ſequitur Decius in c.ex li teris,col.pen.de proba.

Pater & filius cenſentur copulati iure diuino.ita Bal.in l. cum in adoptiuis.in 2.col.ver.ibi cũ enim,C,de adopt. & ita melior amicus dicitur pater quã quilibet alius: ut dicit Bal.in c.per tuas. de prob . Et ideo de alio plus confidere non debet quàm de patre. l. quidam cum filium.ff.de hær.inſt.tradit Iaſ.in l.1.col.fi.C.de coll.

Præſumitur quis bonus,uel malus,ratione patris uel patriæ,gl.in auth.de refer.in fi.col.2.& l. quiſquis. §.filij vero.C.ad leg.Iul.maie.& l.quòd ſi nolit,§.mancipia. ff.de ędili.edi.ubi dicit glo. ſæpe ſolet filius ſimilis eſſe patri:& arbor mala non poteſt bonos fructus facere.

Pater cogitur officio iudicis alere filios pro modo faculta tũ non ualẽtes ſe ex ſua arte alere , l.ſi quis à liberis,§. ſi filius,ff.de lib agno.etiam ſi ſint naturales tantum.

Pater non tenetur alere filium quando eſt opifex, & ex eius officio poteſt ſe alere:ut no.in §. ſi filius,in l.ſiquis à liberis, de lib. agnoſ. quia tunc poteſt ei dici a patre qui non laborat non manducet:ut dicit glo. in l.quam uis,ff.de dam. infecto.

Populum faciunt decem homines, & duo faciunt congregationem,.& tres.faciunt collegium , & decem aut quindecim,faciunt turbam,gl.in c.1.de elec.& tot ho-

mines gentem faciunt quot populum, ſecundum Bart. in l.prætorij.ff.vi bo.rap.

Palam factum dicitur, quod fit etiam ab vno coram aliquibus.glo.in l.1.C.de in inte.reſt.mi.& in c.biduum, §.palam.2.q 6.

Prælatus qui ſuam vtilitatem vtilitati eccleſiæ præponit quando igitur de acquirendo excuſatur, ita ſentit glo. 1.in fi.in c.ſcias fratres.7.q.1.cum qua tranſit Arch.

Papa qui notoriè mundum ſcandalizat poteſt deponi. gl. in c.ſi Papa.40. diſt.

Præſcriptio non interrumpitur per ſequeſtrum, Car. in cle.1.18.q.de ſequeſt. poſ.& fruc.

Peſtis ęquiparatur hoſtilitati,Butr.in c.cum dilecti,de dolo & contu.

Prę̃ſcriptio nõ currit illi qui ſi ageret exceptione repelletur.Pe.de Anch.conſ.5.pro parte nobilis ultra me.

Papa ſi dicat agatis gratias nomine noſtro talibus hominibus pro bene meritis,erga nos,illi poſſunt effici exẽpti ab ordinario.Ang.in l.Paulus. §.Paulus.ff.de fidei. lib. per illum tex.aureum, ubi ſi teſtator mandat agi gratias ſeruo ſuo benemerito,debet effici liber.

Principio malo inchoata non conualeſcunt: quamuis ad eũ caſum deueniant à quo vere poſſent incipi.ut 7.q.1. epiſcopo. extra de elec.auditus, auth. ut iud. ſine quoquo ſuf.§.cogitatio. col.2.

Princeps non poteſt ſupplere defectum iuris naturalis, Hoſt.in c.1. de tranſac.

Princeps ex poteſtate abſoluta confirmare põt ſententiã nullam.Bal.in l.reſcripta.3.col. C.de preci. impe.offe.

Prælatus qui conſueuit bene adminiſtrare præſumitur cõuertiſſe in vtilitatem eccleſiæ. Bald. in c.cum cauſa,de ſent.& re iud.

Priuatio prę̃ſupponit habitum. c.ad diſſoluendum, extra de deſpon.impu.l.decem.ff.de ver.obli.

Princeps ius diuinum tollere non poteſt. c. cum inferior, de maio.& obe.c.ſunt quidam.25.q.1.notatur.in c.quę in eccleſiarum,de conſti.cum ſimi.

Per ſolas nuptias conſeruatur elegans genus humanum in

in auth.de nupt.in prin·vbi dicitur,quòd nuptiæ præſtant immortalitatem humano generi: ad hoc etiam facit tex.in l.1.ff.ſol.mat.

Præfatio legis demonſtrat finalē intentionem confidentis.l.regulas.§.licet ibi nutum conſtitutionis demonſtrat.de iur.& fac.igno.ff.

Propter diuerſa phantaſmata, generantur in nobis diuerſæ intellectiones:ſecundū Philoſophum 3. de anima. gl.in l.de tut.C.de ī inte.reſt.mino.& ibi Bal.& And. Sicut in c.quod clericis,de fo.comp.col.21.

Presbyteri loco leuitarum ſucceſſerunt: ut eſt text.in ca. clericos,21.diſt.§.præsbyter.

Plus valet vmbra ſenis, quàm gladius ſiue eloquentia iu nioris,ſecundum Bal.c.1.extra de renun.ad quod ſatis accedere videtur quod de Marco Caſtricio refert Valerius.lib.6,tit.de liberè dictis aut factis: qui Carbone conſule ſibi dicente multos ſe habere gladios reſpondit: & ego annos.

Plus ſapientiæ maturitas quàm corporis canicies confide randa eſt,c.quiſquis,& c.ſequen.84.diſt.& in c.viliſſimus,1.q.1.

Pater eſt melior amicus quàm habeat filius: imò tanta eſt dilectio patris erga filium, quòd magis terretur in filio quam in ſeipſo,Bal.in c.per tuas,de proba.

Princeps de plenitudine poteſtatis legitimare poteſt, etiam in præiudicium eorum quibus eſt ius quæſitum in ſpe,etiam ipſis non requiſitis,Alex.conſ.228. inci.viſis codicillis.But.in c.per venerabilē,21.col.ver. ſecun do requiritur,& ver.ſeq.qui fil.ſint leg.

Papa poteſt ſupplere in facto,quamuis non petitus à parte,But.in c.veſtra.36.col.de coha.cle.& mulie.

Princeps iudicare poteſt ſecundum conſcientiam omiſſis actitatis,non ſic inferiores,Bar.in l.1.C.ut quę deſunt aduoca.

Papa recuſari non poteſt ut ſuſpectus,Abb.poſt Hoſti.in c.quærelam,de elec.

Pacta cōtra bonos mores inita,dicuntur ipſo iure nulla. Franciſ.de Arc.in l.maritum. §. eleganter. ff.ſol.mar.

Q 3 Paria

Paria ſunt aliquid non dici:vel obſcurè dici.Fran. Aret. in l.qui ex pluribus.ff.de uer.obligat.
Probatio à coniunctis valida eſt in iure.ff.de nego. geſt.l. at qui nam.4.diſt.denique.
Peccatum mortale eſt occultare veritatem.11.q.3. quiſquis.& extra de cri. fal.c.1.
Prælatus conditionem eccleſiæ deteriorem facere non poteſt.extra de dona.fraternitatem.

Q

QVi male agit odit lucē.ff.de uen.inſpi.l.1.§.tria luminaria,in gl.No.etiā glo.C.de dona.l. donator.ſuper uerbo eccleſiæ.& C.de cōtrahen.emp. l.ipſe,& Iob.3.cap.
Qui ſemel malus ſemper præſumitur malus.l.ſi cui.§.ijſdem.ff.de accu.& l.2.ff.de ſena.cum ibi no.
Qui ſemel bonus ſemper præſumitur bonus.ff.de re mili.l.non omnes.§.barbaris.
Qui ſemel pauper ſemper præſumitur pauper.l.non eſt. ff.de proba.
Qui ſemel diues ſemper præſumitur diues.ff. de proba.l. perſona.
Qui ſemel dominus ſemper præſumitur do minus.l.ſiue poſſidetis.C.de proba.
Qui per alium facit per ſeipſum facere videtur. l. ſi per alium.ff.ne quis eum qui in ius uo.eſt ui exi.& l.ſi quis id,§.pe.ff.de iu.om.iu.& l.1.ff.de eo quod fac.erit.& l. liber homo ff.ad leg.Aqui.& l.1.§.deieciſſe.ff. de ui & vi ar.& l.eos.in fi.C.de vſu.& inſt.de re.di.§.nihil autē,& an hoc procedat propriè.uide remiſſiuè Ang. in §.igitur.in prohe.ff.& Bar.ſingula.in l. ſed & ſi vnius. §.ſi ſeruus.ff.de iniur.
Qui certus eſt certiorari non debet l.1.in fi.ff.de act.em. & uend.& c.eum qui.ff.de re.iur.lib.6.
Qui tacet conſentire videtur l.in adoptionib.C.de adop. ff.ſol.ma.l.2.§.voluntatē,in aut.qui.mo.na.ef.ſui §.generaliter.l. Ariſto.ff.quæ res pig.ob.nō poſ.& l.2.C.de acqui.poſ.Contra ff.de procur.l.filius. §. inuitus.& ff. de fur.l.qui vas.§.vetare.& ff.man.l. qui patitur.

Qui

Qui occaſionem damni dat damnum dediſſe videtur, ff. ad le. Aqui. l. qui occidit. §. penul.

Qui prior eſt tempore potior eſt iure, C. qui po. in pig. hab. l. ſi fundum. & l. ſi generaliter. & l. 2. cum rem. & l. licet. & l. diuerſis temporibus.

Qui ſe ingerit pro ſuſpecto habetur. l. qui omnia ff. de procuratoribus.

Qui de vno dicit de reliquo negare videtur. l. cum prætor. ff. de iud.

Qui de uno negat de alio concedere videtur. l. ſi maritus in fi. de procur. eo. c. nonne.

Qui accuſare volunt probationes habere debent. l. qui accuſare, C. de eden.

Qui parum ſtudet, parum proficit: no glo. C. de propoſitis ſacro. ſcrin. l. vnicuique. lib. 12.

Qui uadit plane, uadit ſane, inſt. de iuſt. & iur. §. his.

Qui prior appellat prior agat. l. qui prior. ff. de iud.

Quando duo ſunt contraria ad poſitionē vnius, ſequitur deſtructio alterius. ff. de procu. l. Pōponius. §. ſed & is.

Qui ſibi ipſi non parcit alijs parcere non præſumitur, l. omne delictum. §. qui ſe vulnerauit, ff. de re mili.

Quando duo ſunt neceſſaria interueniens non ſufficit. ff. de diuor. l. penul. in glo.

Quod primum eſt aliud ante ſe habere non poteſt: in prohemio. ff. §. in reliqua.

Quod legitimè factum eſt pœnam non meretur, C. ad legem Iul. de adult. l. Gracchus. Item quod per me poſſum, per alium poſſum.

Quod ab initio non ualet tractu temporis non poteſt conualeſcere, ff. de reg. iur. l. quod ab initio. & ff. de pac. l. ſi tibi decem. §. ſi pactus.

Quæ bis in menſe purgatur ſana non eſt, l. quæ bis, ff. de ædil. edicto.

Qui iniuſtè litem mouet ad expenſas tenetur, l. oēs, in fi. C. de epiſ. & cle. & C. de iud. l. properandum. §. ſi uero.

Qui patitur quod poteſt prohibere ipſe facere videtur, ff. de noxa. l. ſecunda, & ff. de his qui not. infa. l. liberorum, C. de ſacroſanc. eccl. l. iubemus, §. œconomus.

mus.& ff.de iur.pat.l.adigere.in prin.
Qui eligit vnum.ex contrarijs,alij renuntiare videtur.ff. .de inoſ.teſt.l.modo.
Qui poſtulat teſtes, eis debet dare ſumptus competētes. C.de teſti.l.quoniam,
Quando plus fit quàm fieri debet: videtur etiam ipſum fieri quod faciendum eſt.ff.quemad.ſer.amit.l. ſi is cui uia actus. & ff. de re. iu.l.ſi ſe.§.ſed pi.ff.de ſta. ho. l. non ſunt liberi.
Quicquid filiusfa.acquirit,patri acquirit, cum tamen ſit in poteſtate patris:inſti .per quas .perſo. no. acquir. in prin.ff.de acqui.poſ.l.qui ſeruo.
Quod tibi non uis fieri,alijs non feceris: no.glo. inſt. de iuſt.& iure.§.iuris præcepta,ſuper uerbo alterum non lædere.& ff.e.l.iuſtitia,& §.ſuper eo.uerbo.& in decretis,in prin.ff.quod quiſque iur.in prin.
Quod per me non ſtat mihi nō debet imputari, l.ſi ideo. C.de his quib.ut indig.l.ſi poſt diem.§.ſed ſi ita.ff.quā do dies leg.ced.
Quod per me ſtat mihi imputari debet.ff.de contrahenda emptione,l.hæc venditio.§.1.uide Iaſ.in §. item ſi quis.in 5.col.de actio.
Qui in uno grauatur in alio releuari debet.l.eum qui.ff. de iureiu.& C.de nō nu.pe.auth.cōtra qui proprium:
Quod non valet vt ago:non valet vt ualere poteſt,l.1.§. eum.ff.de conſtit.pec. & C. de latina libertate tol. l.1.
Quod principi placuit legis habet vigorem.inſti. de iure na.§.ſed quod principi.
Qui negat non tenetur probare l. 2. ff. de proba. & l. actor.C.eod.
Qui ſimulat verbis nec corde eſt fidus amicus. Tu quoque fac ſimile,ſic ars deluditur arte.no.glo. in auth. de exhi.& intro.re.§.illud quoq;. col.5. ſuper verbo arte.
Qui binos lepores una ſectabitur hora.Vno quandoque. quandoque carebit vtroque.no.glo.l. nemo.la 3.C. de aſſeſſo.ſuper verbo in vtrunque feſtinat.
Quæ de nouo emergunt nouo indigent auxilio,l. de ætate.§.ex cauſa. ff.de intero.ac. & ff.de re iud.l.ſi iure,ſi.
de

de inoffi.teſ.l.iure decedés.& ff.de ferijs.l.oratione.C. ſi ſæpius in inte.poteſt reſti.l. quanquam. & l.1. ff. de ven.inſpi.c.miramur.61.di.

Quilibet poteſt ſuo iuri renunciare,l.penult.C. de pact. & l.pactum.ff.eod.

Quę malo ſunt inchoata principio : uix bono peraguntu exitu.in auth.ut iudi.ſine quo ſuff.§.cognitũ.col.2.

Qui ſoluit propter ſuum malum, alij non prodeſt. ff.ne quis eum qui in ius uo.eſt ui exi.& l.locum. §.pen.ff. de tab.exhi.& ff.de interro.act.l.qui ſeruum. in princ. & ff.quod ui aut clam.l.ſemper.§.& ſi in ſepulchro.

Qui ſemel actioni renunciauit amplius repetere non poteſt.l.qui actionem,C.qui accu.nõ poſ.& ff.ad Turpil. l.quod deficit.& ff.ad leg.Iul.de adul.l.ſi maritus.§.ſi negauit.& ff.de accu.l.hi tamen.in fi.

Qui terminos effodiunt pœna extraordinaria puniendi ſunt.C.de accu.l.1.

Qui accuſare poſſunt intelligeremus,ſi ſciremus qui nõ poſſunt, ſequitur itaque prohibentur accuſare. Alij propter ætatem ut pupillus. Alij propter ſexum ut mulier,l.qui accuſare.ff.de accuſa.

Qui à latronibus capiuntur cum liberi manent, poſſunt facere teſtamentum l.qui à latronibus.§.1.ff.de teſt.

Qui apud extraneos legatione funguntur, poſſunt teſtari.ff.de teſta.l.qui apud extraneos.

Qui incertus eſt de ſtatu ſuo,certam legem in teſtamento dicere non poteſt,l.qui à domino.ff. de teſta.

Qui in teſtamento hæres inſtituitur,in eodem teſtamento teſtis eſſe non poteſt.l.quæ in teſtamento.ff. de teſt.

Quando agitur contra teſtamentum ad illud in dubio fertur ſententia pro teſtamento. ff. de inoffi. teſt. l.ſi pars, ſimiliter etiam pro dote fertur ſententia in dubio.ff.de reg.iur.l.in dubijs.ſimiliter in liberali cauſa, ff.de re iudi.l.interpres.

Quando datur cautio intelligitur ſimplex repromiſſio, quando datur ſufficiens cautio,intelligitur cum iuramento & fideiuſſoribus,C.de uer.ſig.l.ſancimus.& ff. mand.l.ſi mandata.in fi.

Quod

Quod in alterius perſona ſeruat quis, in ſua ſeruare tenetur, ff. quod quiſque iur. l. 1. in p. in. & ff. de condi. inde. l. frater à fratre.

Quod ſemel eſt uerũ, ſemper præſumitur uerum, no. gl. ff. de dam. infe. l. qui bona fi. §. ſi quid ſtipulatur, & C. de proba. l. ſiue poſſidetis.

Qui occidit latronem non utique tenetur, ſi aliter periculum effugere nõ poteſt: inſti. ad l. Aquil. §. iniuria.

Qui occidit aliquo caſu latronem non tenetur: dum tamen nulla culpa inuenitur: ut in eo. §. præalle.

Quod omnes tangit ab omnibus approbari debet, l. fi. C. de aut. præſtan. & ff. de eden. l. ſi quis ex argentarijs. & ff. de pact. l. ſuum hæredem. §. hodie.

Quanuis aliquid de ſe non ſit malum ſi tamen ſi res mali exempli fieri non debet, ff. de pe. l. ſi quis, § qui abortionis aut amatorium obſeruãdum eſt: de iudi. l. exemplo. C. de proba.

Qui ſcire debet præſumitur eſſe ſciens, licet ſit ignorans l. ſed & ſi pupillus, §. præſcribere, ff. de inſtit. ac.

Quædã poſſunt fieri tacitè quę non poſſunt fieri expreſsè, ff. de reg. iur. l. actus, §. expreſſa.

Qui caſum dicit caſum probare tenetur, C. de teſta. l. conſulta diualia.

Qui parum diligentem ſibi ſocium acquirit de ſe quæri debet, l. ſocius ſocio, in fi. ff. pro ſocio. & inſti. eo. §. fi.

Quod approbo nõ reprobo. l. Pomponius. ff. de neg. geſt.

Quæ in cõtinenti fiunt ineſſe uidẽtur, ff. ſi cer. pe. l. lecta. §. dicebam, & C. de pac. l. petens.

Qui tardius ſoluit quàm ſoluere debeat, minus ſoluere uidetur, inſti. de acc. §. tempore, ff. de uer. ſig. l. minus, & l. ſi cui.

Qui in uno prohibetur in alio conceditur, ff. de fide inſtru. l. ex eo quod prohibet.

Quod inter alios actum eſt alij nocere non debet, ff. de iureiuran. l. nam poſtea. in fi.

Quod bene geſtum eſt non debet ex alio euentu reprobari, l. Barbarius Philippus, ff. de offi. præſi.

Quilibet transfuga eſt proditor, ſed non e contra. not. glo.

glo.ff.de re milita.l.omne delictũ,§.fin.ſuper uer. pro ditore.cum l.proditores.& pro hoc,ff.de cap.& poſtlimi.reuer.§.transfugæ.

Qui malo conſilio & proditoris animo patriam relinquit,hoſtium numero habendus eſt,l.poſtli.§. transfugæ,ff.de cap.& poſtli.reuer.

Quanto quilibet præeſt melioribus, tanto maior ipſe & honeſtior.in aut.de defen.ci.§.ſi uero quędam,col.3.

Quæ dubitationis cauſa tollendę contractibus inſeruntur,ius commune non lædunt,l.qui mutuam, in prin. ff.man.& ff.de reg.iur.l.qui dubitationis.

Quod propriũ eſt,ipſius amplius fieri non põt:inſt. de lega.§.ſi rẽ.ff.de exce.rei iud.l.an eandẽ,§.actiones,& in ſti.de ac.§.ſic itaque,ff.de acqui.poſ.l.4.§.1.vide Domi.in c.cũ perſonæ,§.ꝙ ſi talis,ĩ 1.col.de priui. in 6.

Qui mortẽ facit:mortẽ dẽt pati.ff.ad l.Cor.de fal.l.1.§.1.

Quod ex leuitate capitis procedit impunitum remanebit.l.1.C.ſi quis impera.male.ff.de re.iu.l.quod calore.

Quod nõ mutat̃,quare ſtare prohibetur,certe pro nihilo C.de teſt.l.ſancimus,C.de ędif.pri.l.precipimus,C.de appe.& in auth.qui.mo.na.effi.ſui,§.tributis,ff. de adimend.le.l.ſi tibi,§.qui filias,ex diſparibus.

Quod fauore aliquorum introductum eſt in eorum lęſionem retorqueri nõ debet.C.de legi.l.quod fauore, C. de ſec.nup.l.generaliter,& C.de procur.l.nemo.

Qui cito dat bis dat:& qui tarde dat minus dat.inſt.de ſideiuſ.§.non ſolutum.

Qui rem alienam poſſeſſam inuaſit ſimilis eſt furioſo,C. vnde ui.l.ſi quis in tantam.

Quicunque rem alienam inuaſit domino inſciẽte pro furioſo tenetur,l.cum quærebatur,C. unde vi.

Quicunque poſſeſſor diffinitur per ſpacium 30.an.in ea.

Qui duos habet accuſatores à tertio prohibetur,l.cum rationibus,C.qui accu.non poſ. niſi ſuam aut ſuorum iniuriam proſequantur:hoc eſt uerum de diuerſis criminibus quia aliquis poſſet accu.4.vel 5.vel mille, de eodem crimine.

Quædam per uniuerſitatem tranſeunt,quæ ſola non poſ ſent

ſent alienari,l.quædam,ff.de acqui.re.do.

Qui nõ poteſt vt minus,nec ut maius,ff.de ſena.l. qui in dignis.

Qui errat non conſentit,ff.de iu.om.iud.l.ſi per errorem.

Qui pro republica occiſi fuerunt in perpetuum per gloriam viuere intelliguntur,inſt.de excu.tu.§. hi autem.

Quid uerbis opus eſt cũ rerum nullus ſequatur effectus, l.ſi.C.de do.

Quod commune eſt,meum non eſt,ff.de diui.re. & qua. l.in tantum,§.1.ff.de au.& argen.le.l.Quintus.

Quod ſenſu caret nõ committit iniuriam.inſt. ſi quadru. pau.fe.di.§.pauperies.

Quoddam eſt peculiũ profectitium ſibi quod acquirit ſi liusfa.de rebus paternis:& quoddam caſtrenſe quod in caſtris quæritur:ut ff.de caſtren.pec. l.ſi à caſtrenſe, & l. peculium caſtren.& l ſi forte,& eſt aliud quaſi caſtrenſe quod in ciuitate quæritur ex publica cauſa, uel ſalario ex publico,C.de inoffi.teſta.l.ſi per hoc.glo.1.cum oportet.§.1.ſup uerbo exceptis peculijs,C.de bo.q̃ lib.

Quod ex re noſtra fit,noſtrum eſſe uerius eſt,ff.ad exhib. l.de eo.§.ſi quis.

Quoties aliqua actio vel exceptio deficit,ſciẽdũ eſt vtile actione præſcriptis verbis,l.quoties, ff. de præſcri. ver.

Quando duo iura concurrunt in eandẽ perſonam,perinde eſt ac ſi concurrerẽt in diuerſis perſonis,l. tutorem, ff.de his q.ut indig.l.ſi qs decurio,C.ad le.Cor.de fal.

Qui non laborat non manducet.No.gl.l.quamuis, ff.de dam.infec.pro hoc,l.ſi plures.C.de condi.inſertis.

Quædam gratis fiunt quæ nõ gratis fieri poſſunt,ff.de iure fiſci.l.2.in prin.ff.de cond.ob turpem cauſam.l. ſi.

Quædã honeſte accipiũtur quæ nõ honeſte petũtur.ff.de ua.& extraor.cog.l.1.§.ſi.& ff.de ori.iu.l.2.§.ſi. i prin.

Qui dicit malam fidẽ,debet eã probare,C.de euict.l. pe.

Qui actionem habet ad rem recuperandam, rem habere videtur,ff.de reg.iur.l.qui actionem.Contra quia minus eſt habere actionem quàm rem,l.inter ueſtem, §. Pompo.ff.de au.& arg.l.non minus, de re.iu.l.1.ff. de rei uend.Dec.hic multa dicit ad iſtã reg.

Qui-

Quilibet debet eſſe diligens & nõ negligẽs in officio ſuo, ff.de excu.tu.in l.ſi duas.§. nimis,& ff.de admi.tu.l.cũ plures.§.nimium,& ff.de offi.præſi.l.diuus Marcus.

Qui tacet conſentire uidetur. l.ſi fine.C.ad ſe.con.Velle.

Qui per ſe nõ poſſunt capere nec per ſeruos ſuos.l.neq;, C.de hær.inſti.& ff.eo.l.non minus.

Quid quiſque iuris ſtatuerit in alterum, ipſe eodem uti debet.ff.quod quiſque iuris.per totum.

Qui negligenti amico rem cuſtodiendam tradit ſuæ facilitati imputare debet: inſti. qui.mo.re.contrahi. ob. §. preterea, in fin.

Qui negociationibus præponuntur inſtitores uocantur. inſti.quod cum eo. §.iuſto.

Qui rem nondum emptori tradidit, adhuc ipſe dominus eſt:inſti.de emp.& ven. §.utique.

Quod cum uno geſtum eſt cæteris non prodeſt.l.neq; pactio.C.de tranſact.

Quod minus eſt dignum,digniorem nõ cõtinet.ff.de uer. ſignifi.l.1.

Quicquid inædificatur ſolo, ſolo cedit,l. ſi cui ædes.ff.de leg.3.& inſti.de rerum diuiſ.§.cum in ſuo.& l.adeo.§ fi.ff.de acqui.re.do.

Qui ſuo iure utitur nemini facit iniuriam. l.qui iniuriarum,§.is qui.ff.de iureiu. & l.1.§.idemque Marcellus. ff.de aqua plu.arc.& extra de elect.c.cum eccleſia.

Qui alij mea voluntate ſoluit: mihi ſoluere uidetur.l.nihil intereſt.C.de ſol.& l.inuito.eod.titu.ff.de pig.act.l. ſi ſolutum.§.ſolutam.

Quis debet puniri vbi delinquit.l.capitalium.§.famoſis. ff.de pœnis.& ff.de noxa.act.l.fi.vnde dicitur vbi te inuenero ibi te iudicabo.

Qui inuito vel ignorante creditore alijs ſoluit,ſe non liberat ab obligatione.l.inuito. C.de ſolu.

Quẽ de euictione tenet actio ipſum agentẽ repellit exceptio.l.exceptio.doli.& l.ſi ob cauſã.& l.ſeq.C.de euict.

Quod uolui non potui: & quod potui nolui. Not.glo.C. de contrah.& commit. ſtip.l.3.in fi.glo.ſic.C.ſi quis al teri vel ſibi l.multum.

Quilibet poteſt ſuum nomen mutare, l. 1.C. de mu.no. dum tamen ſit ſine fraude.

Qui furanti ſignũ præbuit,perinde habetur ac ſi manifeſti furti condẽnatus eſſet,& famoſus efficitur.ff.ad leg. Iuliam pecu.l.ſi ſacrilegij pœnam, circa fi.

Quæ non proſunt ſingula multa iuuant,C.de proba.l.inſtrumenta,l.rationes.l.non epiſtolis,& l.non nudis.

Quæ religioſis adhœrent religioſa ſunt, l. quæ religioſis, ff.de rei ven.iuxta illud:cum ſancto ſanctus eris & cum peruerſo peruer teris,pſal.

Qui omne dicit nihil excludit. No.gl.in l.à procuratore, C.man.& ad hoc C.de hær.inſti.l.2.& ff.de hær.inſt l. quod ſi Mæuius,& l.1. de penu.legato.

Quæ domi geruntur facilius probantur per domeſticos quam per alios,C.de repud. conſenſu, §. ſeruus,& C. de quęſtio.l.interrogari.

Quilibet de epiſcopatu poteſt ſacramenta recipere in maiori eccleſia,cap.officium,de officio archybresby.1.diſ. in capite.

Quod à pluribus quęritur ſapiẽtibus facilius inuenitur. 20.diſt.de quibus,& per ampliores homines perfectiſſima veritas reuelatur,C.de fideicomm.l.vlt.ad fi.& 64. diſt.extra conſcientiam.

Quod differtur non aufertur,ff.de iud. l.cum furioſus,& inſt.ſing.re.per fideic.relic.§.itaque. Cõtra,C.de inof. teſt.l.ſancimus,§.fi.& ff.de vſu.l.ſi vſufructus, & de c. poſt.de elect.de iſto Brocardo vide Bar.in l.inter ſtipulantem.§.ſacram.ff.de verb.obl. limita vt per Domi.in c.ſi ſuper,in princ.de offi.deleg. lib.6.

Quantum quiſque meretur, non quantum dare ſufficiat æſtimetur,l.ſi quemquam, C.de epiſ.& cle.

Quod quis cum ſeruus eſſet egerit: perficere liberto facto non poteſt.regula iur.quod quis.ff.

Quod raro fit quandoque fit, l. ſed & ſi. ff.de vſufru.

Qui eſt in caſtris dicitur eſſe in morte. Abb. in c.quoniã frequenter.in 1.col.ut lit. non conteſt. in c. paſtoralis, de offi.ordi.

Quod longe eſt à veriſimili, eſt quædam falſitatis imago.

go.l.milites,oportet,C.de quæſtio.Bal.in l.1.C.de ſer. fug.quem refert Soci.in l.3.§.item,ſi reipub. in 4. col. ad leg.Fal.

Quo ad iſtud verbum,habet in ſe reuolutiones temporis, l.3.§.quòd ſi quis,ff.de ſuſpe.tut. & l.Titius, de excu. tu.& de mili.teſt.l.quod dicimus, & de adi. leg. l.legatum eſt tibi.

Quoties nihil ſine captione inueſtigari poteſt,eligendum eſt quòd minimum habeat iniquitatis,regula iur. ff. & l.3.§.duæ autem,ff.de Car.edic.& 13.diſt.duo ſunt.

Quanto magis creſcit puella tanto magis eſt impendendum in ea.l.cum vnus,ubi glo.fin.ff.de ali.& cib.leg.

Qui eſt cum inimicis meis amicus meus nõ eſt,C.de inof. teſt.l.liberti.§.fi.& 3.q.5.c.3.& glo.in c.ſi inimicus.95. diſt.c.cum oporteat, de accu.

Qui poteſt inuitis alienare, multo magis & ignorãtibus, & abſentibus poteſt,l.qui poteſt,de reg.iur.vide Bald. in l.fi.C.qui admitti. idem in l.fi.C.de iur.de lib.refert gloſſator cancellariæ in regula 21. Contra de l.fi.C.de de iu.emphy. vbi emphyteuta poteſt vendere domino inuito dummodo ei denunciet.

Quatenus cuiuſquam intereſt,in facto non in iure conſiſtit,l.quatenus.ff.de reg.iur.

Quod eſt in fieri habetur pro facto, l.ligni. §.ego autem, & l.cum vxori, ff.de leg.3.

Qualitatem quis cognoſcere non poteſt niſi cognoſcat ſubſtantiam,Bal.in l.2.ante medium primæ col. C.de bo.poſſ.ſecundũ tab.per tex.in l. eius qui in prouincia, ff ſi cer.pe.circa fi.l.in uer. qui nec poſſidendi animum haberent.Ripa in rub. de cau.poſ.nu.25.

Quod recipis contemplatione mea ex me percepiſſe uideris.l.cum aliquis, C.de iu. deli. c.requiſiſti,de teſt. de quo late Barbat.in l.cum acutiſſimi,in 84.col.C.de fideicomm.

Qui poteſt facere ut iam facit, videtur poſſe facere. 83. diſt.error,ff.de re.iur.qui poteſt,ff.de leg. 1. l.ſi ſeruus, de ædil.edic.quis ſit.§.idem ait,ff.ex qui. cau.maio.ſed & ſi.§.ait prætor,Contra,ff.de acqui.hær.l.is.qui.

Quod

Quod accidit ſequitur naturam eius cui accidit. ff.de vſu fru.l.ſi fundo.

Qui ſcit ſuum ius: eligendo aliud quod credit habere, non amittit quod habet,l.mater,ff.de inoſſic. teſtamen. Contra de cap.ut quis duas.de elec. lib. 6. & l.1. C.de fur.cum ſimi. ut per gloſſ. in l.edita. in ver. emendari. C.de eden.

Quis eſt acceptus Propheta in patria ſua,l.tres tantummodo.C.de off.præto.& l.obſeruare. §.antequam.ff.de of.præſi.Contra,eo.ti.l.Barbarius: quia nemo cum honore acceptus eſt Propheta in patria ſua: ut etiam habetur Marci.6.c.& eſt gl.not.in l.hi qui. ff. ex qui. cau. ma.& habetur Matth.13.c.Luc. 4.& Io.4.& eſt tex.in c.ſi Chriſtus de iureiur.

Qui non eſt mecum contra me eſt.l. cœlicolarum. C.de iudic. & qui mecum non eſt congregans, & diſpergit Matth.12.

Quando quid ad duo referri poteſt,debet referri ad antiquius.l.fin.in finalibus. ff.fin.regun.

Qui iuſſu iudicis aliquid facit,non videtur dolo malo facere,quòd parere neceſſe habet, l.nō videtur.§.qui iuſſu.ff,de re.iur.& ff. ad Sylle.l.ſi quis quaſi.

Qui authore iudice comparauit bonæfidei poſſeſſor eſt, regula iur. qui auctore.ff.

Quod quis ſi velit habere non poteſt, id repudiare non poteſt,l.qui poteſt facere.§.quod quis.ff.de re.iur.Cōtra de l.1.§.decretalis.ff.de ſuc.edic.ſolu.ibi non poteſt per ſe,ſed per iudicem.

Quanto agens eſt perfectius tanto effectus eſt perfectior. C.de teſti.l.iuriſiurandi.concor.tex.in c.uel non eſt.de tempo.ordin.

Quod non videtur eſſe, & pro eſſe habetur: quia eſſe poteſt,ſeu expectatur, quòd eſſe poteſt, l. uideamus, in princip.C.de teſtam.& ff.ne quis eum qui in ius uo.ex nundi,& cap.factum eſt,in fin.de conſe.diſt.4.Contra, ff.de fur.l.pe.& l.continuus, §.eum qui. & §.ſi Labeo. ff.de uerb.oblig.& 86.diſt.non ſatis. & l.quamuis.ff.de in ius voc.

Quoties

Quoties vtriuſque cauſa lucri ratio uertitur,is præferendus eſt cuius in lucro cauſa tempore præcedit,ff.de re. iur.l.quoties.

Qui poteſt ſtare certo non ſtet incerto: ut dicit prouerbium,gl.in l.quia ratio,ff.de condi.inſti.

Qui non facit quod facere debet: videtur facere aduerſus ea,quia nõ hoc facit: & qui facit quod facere nõ debet, nõ uidetur facere id quod facere iuſſus eſt, regula iu.ff.

Quod euincitur in bonis noſtris non eſt, ff.eod. Contra de uer.ſig.ff.l.bonorum.§. in bonis.

Quod pẽdet non eſt pro eo quaſi ſit,l.is damnum,§.quod pendet,ff.de re.iur.Contra de l.1.§. ſed etiam ſi incertum,ff.de uen.in poſ. mit.

Qui poreſt facere ut poſſit conditioni parere iam poſſe videtur.l.qui poteſt.ff.de re.iur. Contra de acqui.hæ.l. is.qui hæres.& l.Lucius.§.ſed his quæ adhuc.ff.qui ad li.procla.non licet.

Qui partẽ tangit totũ tãgere uidetur.l.vulgaris.ff.de fur.

Qui totum cupit totum perdit. C. quando & qui. quar. pars debetur.quaſi per totum.lib.10.

Quando aliqua differunt ſpecie vnum non poteſt de alio prædicari.l.ſi qua pœna.ff.de ver.ſig.

Qui ſine dolo malo ad iudicium prouocat, non uidetur moram facere.l.qui ſine.ff.de reg.iur.

Quoties idẽ ſermo duas ſententias exprimit,ea potiſſimũ accipiat quæ rei gerẽdæ aptior eſt.ff.de re.iu.l.quoties.

Qui ad agendum admittitur, eſt ad excipiendum multo magis admittendus.c.qui ad agendum. de re.iur.lib.6.

Quod non eſt,eſſe uidetur,uel non eſſe quod eſt.ff.de his qui no.infa.l.quid ergo.§.ſi quis,quod quiſque iur.l.1. de uſu.quia de reg.iur.qui actionem. Contra.ff.de dolo,nam is de arb.qualem.de regu. iur.non uidetur.& l. quiſquis.

Qualitas quæ ineſt actui de iure communi vel ſpeciali iudicatur à pari.l.cum ex ratione.in prin.ff.de excu.tut. l.2. C.de his qui ueni.æta.impe. Marſio. in c.1. in 27. col.de conſti.lib.6.

Quod noua teſta capit inueterata ſapit. in aut. ut iu.ſine

quoquo ſuf.§.1.col.2.gl.in c.cum in iuuentute.in uer. frequentius.de præſum. & glo. in c.quibuſdam in ver. paratior.1.q.1.

Quando in aliquo actu vnũ principaliter, & immediate venit,& aliud ex cõſequẽtia & mediate, illud eſt præſerendum quod venit principaliter & immediate, l.fi.ff. de impen.in re.do.fac.& l.2.§. idem Labeo. ff. ne quid in lo.pub.& l.1. ff.ſi uſufru. pet. contra de text.in c.ex tranſmiſſa.de filijs presb.

Quicquid eſt cauſa cauſæ:eſt cauſa cauſati.l.manumiſſiones.ff.de iuſti.& iur.

Quod per ſe cui facere non licet, neque per alium licebit.l.2.§.1.ff.de admi.re.ad ciui.perti. & l.pupillus.§. ſed & ſi.ff.de autho.tut.& l.filium.ff.ad Mace.& l.ſi impreſſionem,C.quòd met.cau.Contra de l.fi.ff.de of.pręfect.urb.& ff.man.l. ſi mandauero, §.ſed hi.& de elec. c.ſuffraganeis, de quo uide in d.l.2.

Quæ alienari prohibentur vſucapi non poſſunt, l.ſi fundum,ff.de fun.do.& l.lex quæ tutores,ff.de admi.tur.

Qualitas adiecta verbo debet adeſſe tempore uerbi. l. in delictis,§.ſi detracta,ff.de noxa: cum ſimi.ut tradit Deci.in conſi.15. in çaſu,in 2.col.

Quæ ſolo temporis tractu non mutantur ſemel in eſſe poſita ſemper præſumuntur.l. ſi cui,§. iiſdem,ff.de accu. & l.non omnes,§.à barbaris,ff. de re mili.

Qui ſentit commodum ſentire debet & incommodum,l. naturaliter,ff.de re.iu. c.qui ſentit, eo. tit.lib. 6. tamen vt ibi dixi ſingulariter gl.magiſtra,& Dy.& alij.iſtud fallit quandoque ratione perſonæ, & ratione naturæ contractus, ut ibi exemplificatur.

Quod quis in perſona ſua facere prohibetur id per ſubiectam perſonam exercere non debet,ff.de admi.re.ad ciui.perti.l.2.§.1.

Quod nomine meo facere non debeo,nec nomine alieno. 46.diſt.ſicut non ſuo,& 23.q.vlt.his à quibus.

Qualitas obueniens enti qualificat ipſum ens, & reponit ipſum in diuerſam ſpeciem, c.cum Marthæ,§.quæſiuiſti de cele.miſ.

Quod

Quod per nos facere non poſſumus per alios facere debemus,ff.de procu. l.1.& ff.de admi.tu.l.ita tñ,§.geſſiſſe.

Quatuor ſunt modi conuincendi : aut iure,ſ.in ſtrumẽtis, vel teſtibus , aut facti euidentia , ut extra de coha.cle. tua.& 2.q.1.quę Lotharius, aut iuris interpretatione, vt ſæpius citatum eſſe reum:vt 3.q.9. decernimus, aut violenta ſuſpicione ſeu pręſumptione, 32.q.1.dixit,& C.de adul.aut. ſi quis.

Quod de uno dicitur de alijs negatur:vt 45.diſt.diſciplina,c.vnus ex uobis 2.q.1.ſic.ff.de iud. cum prætor.25. diſt.qualis.C.de procu.maritus.

Quod ſemel placuit:amplius diſplicere non poteſt.32.q. 5.horrẽdus, extra de deſpon.impu. l.de illis, ff.de neg. geſ.§. Pomponius.

Qui mandatum ſuſcepit neceſſe eſt conſummare,ff. commo.l.in commodato,§,ſicut.

Quę ſimpliciter promittuntur ſine conditione ſeruãtur, 22.q.vlt.c.vlt.

Quæ in continenti fiunt ineſſe uidentur,ff.ſi cer. per.l.lecta eſt, & ex his quæ in continenti fiunt pręſumptio naſcitur,de elect.officij.

Qui ponit principium totum ſupplere debet uſque ad finem, de conſe.diſt.50.nullus epiſcopus.

Quilibet præſumitur dignus niſi probetur indignus,cap. ex parte.de ſcruti.inord.faci.l.nõ omnis,§.à babaris,ff. de re mili.& in l.actor.per Cyn. C.de proba.& de quolibet præſumendum eſt bonum niſi probetur contrarium,c.dudum,de præſump.ff.de manu.teſta.ſeruos.& ff.de lega.2.l.cum pater,§.rogo.

Qui reputatur dignus in una dignitate ſi poſtea eligitur ad alteram etiam tunc dignus debet reputari,c.accepimus,de æta.& quali.ſic.74.diſt.geſta.

Quod de uno prohibetur de alio permittitur. 25.diſ.qualis,& extra,de his quæ ſi.à pręla.ſine conſ.cap.cũ apoſtolica,in ſi.

Quod infirmari vel uituperari poteſt præcaueri debet,c. 1.de fer.non ord.l.ſi idem cum eodem,§.ſi.iuncta.gl.ff. de iuriſd.om.iud.& l.1.ff.de iureiur.

Quando in uno actu concurrunt duæ rationes, quarum altera nocet, alia uero prodeſt, cauſa illa quæ nocet debet attendi non quæ prodeſt. l. ſi quis in graui, §. fin. cũ ſeq. ff. ad Sylla. & l. 3. & ibi Bar. ff. de ſuſpe. tut.

Quod teſtibus uel ſcriptura probari non poteſt pro infecto haberi debet. C. commu. di. l. ſi maior.

Quotidie ex nouis motiuis nouę generantur opiniones: vt dicit Bal. in l. 1. col. 8. C. de his qui ante aper. tab.

Qui totum dicit nihil excludit, l. Iul. de leg. 1. c. ſolicitę, de maio. & obed.

Quod omnes tangit ab omnibus approbari debet. cap. ad hæc, de offi. Arch. C. de aut. præſtan. l. vlt. & ff. de aqua plu. arc. in concedendo, & ff. de adop. nam diuus, & extra de tempo. ord. ſi archiepiſcopus.

Quod ab illo datur, qui de iure dare non poteſt: pro non dato habetur, extra de iure pa. quod autem. in ſi.

Quoties quis iuſto dolore accenſus deliquit; pœna debet aliquantulum temperari. Abb. in c. olim. 2. de reſcript.

Qualitas adiecta uerbo qualificatur ſecundum tẽpus verbi. l. Titius, ff. de mil. teſt. Bar. ĩ l. ex facto, ff. de vul. et pu.

Qui de uno negat: de alijs affirmat, & concedit, l. prætor. ff. de iud. c. nonne, de præſump.

Qui prior eſt tempore potior eſt iure, l. potior, ff. qui por. in pign. hab.

Qualis ſententia talis libellus, præſumitur. glo. in c. dudũ in ſi. extra de deci. & facit tex. in l. præſes, ff. de pœ.

Quod quis non diligit facilè contemnit. 20. quæſt. 3. pręſens clericus.

Quod quiſque ſua voce dilucidè proteſtatus eſt, in eundem caſum proprio teſtimonio infirmare non poteſt, c. per tuas, de proba. & C. de non nu. pec. l. generaliter.

Qui confitetur vnum, per conſequens confitetur id quod ſequitur ex illo. 8. diſt. quo iure, & de offic. dele. cum ſuper, & de dolo & contu. cum dilecti.

Quæ promittuntur ſunt opere adimplenda, extra de pactis, qualiter, & de præben. & dignit. relatum eſt, & 12. q. 5. quia Ioãnes, & 32. q. vlt. c. fin. & l. 1. & ibi Bar. ff. de pac. & ff. ad leg. Fal. l. ſi,

Quæ

Quæ religioſis adhærent religioſa ſunt.ff.de rei vendica. l.quæ religioſis,& ff.de contrahenda emp.l.in modicis.

Qui prior eſt tempore potior eſt iure, ca. cum autem de iure patro.c.1.de maiori.& obe.d.l.ſi fundum, & l.generaliter cum multis alijs.C.qui po. in pig. hab.

Quilibet præſumitur bonus: niſi probetur malus, extra deſeru.in or.ſa.ca.vno,& de præſump.dudum.l.nō omnis.§.à barbaris.cum vulga.ff. de re mili.

R

Remittentibus actiones ſuas non eſt dandus regreſſus ad eas.l.quæritur.§.venditore.ff.de ædi.edi.

Ruſticitati parcendum eſt.l.ſi.C.de teſt.ff.ad Sill. l.3.§.ſi quis ignorans.ff.de ven.inſpi.l.j.§.ſi.ff.de prob. l.deinde.§.2.ff.de iuriſ. om.iud.l. ſi quis.§.3.ff. de iur. ſiſ.l.2.in fi.ff. ſi quis in ius voc. non ier.l.2.§.pen.ff.de eden.l.1.§.fin.& in.multis ſimi.

